**Q**uare petit procurator ipsius rei predictis suis exceptionibus interdicto per vos pronuciari et fieri. put in ipsis exceptionibus et petitum. et actorem sibi in expensis predictari. propositis sic exceptionibus replicationibus. duplicacionibus. et aliquibus triplicationibus. quadruplicacionibus. tandem partes vlterioribus super hoc alitacionibus renuncians. petant iterloqui super exceptioe vel replicatione sua. Iudex per suam interlocutoriam pronuciabit super exceptione. an obstat vel non. vel si super ea inducte sint probationes. an sit probata vel non. Quia tales exceptiones dicuntur emergentes. et super illis est pronuciandum licet super incidente non sit necesse pronuciari de quo plene dicitur or. co. c. i. Et an sit pronuciandum super exceptioe rei vel replicatione actoris non. plene in. c. a nobis. de excep. quod si exceptio est emergens. tunc quamcumque sequatur replicatio duplicacione triplicacione etc. satis erit super exceptioe pronuciari. ut ibi non. Est etiam ut dixi exceptio mixta. ut si reus dicat se debitorum petitum promississe sub predictioe si cin? ascenderit capitolium. Ista vocatur mixta. Ido quod dubium est. an sit dilatoria an pemptoria. Nam si extabit condicio erit dilatoria. si nunquam extabit condicio. pemptoria. Quis ergo sit opponenda. an ante lit. contest. an post. G. in spe. de excep. §. i. in fi. Exceptiones autem peremptorie. ante lit. contest. regulariter locum non habent sed post. Excipiuntur tres casus videlicet qui excipiuntur de re

iudi. tractata vel finita. Iste tres pemptoriae sunt privilegiate quod ante lit. contest. opponi possunt. et ipsam lit. contest. impediunt ut in. c. i. de li. contest. li. vi. Sic habent naturam prejudicialium quia processui prejudicant. Et quomodo quatuor modis dicitur positio vel exceptio prejudicialis. no. de or. cog. ma ibi de hoc insti. de acti. et peni. §. prejudiciales. et in c. exceptiones. de lit. contest. libro. vi.

**A**dvertendum ergo quod sunt exceptiones peremptorie: que proponi possunt et probari ante lit. contest. et post usque ad conclusionem cause ut sunt predictae tres privilegiate. Alique tamen sunt que non possunt ante lit. contestata. opponi. sic ut li. contestationem impediunt. sed solum post lit. contest. usque ad sententiam seu conclusionem. Et istud est regulare. Item sunt aliquae que etiam post sententiam possunt opponi et probari. etiam si a sententia non fuerit appellatum. sicut est exceptio compensationis. de quo de or. cog. c. vi. de fi. instru. cum Jo. et in spe. de app. §. vi. ver. sed nunquam in causa. Unde exemptionum peremptoriae. aliquae sunt que non stant per se. sed stant in quantum concernunt principales actiones. ut exceptio pacti. de non agendo. et confimiles que non opponuntur post sententiam nisi in causa appellationis. quia vis seu effectus illarum tollitur per sententiam. Aliae sunt que stant per se. sic quod de sui natura non concernunt principales actiones. et sic vis istarum non tollitur per sententiam. sicut exceptio compensationis. Et ideo opponuntur etiam post sententiam. de quo tamen dicendum. ut no. de or. cog. c. vi. Et casus in quibus componitur exceptio peremptoria post sententiam ponit Guil. in spe. de excep. §. de co. d. vbi autem a sententia. et Post. in sum. §. et quibus. ver. in casibus non. de sen. et re iud. sub

rubri. de re iudi. §. quāta. ver. nec actō  
ne pempto. Item quō aliq̄ pemptozi  
arum dicitur. p̄prie exceptōnes Alique  
defensiones. Exceptioes vocantur q̄  
ipso iure tollunt obligationem natura  
lem. civilem non. sed istam ope excepti  
onis elidunt. Unde melius exceptōes  
elisorie q̄ pempt. vocarentur. quia nō  
perimunt actionē. sed elidunt. vt excep  
tio pacti. de non petendo in p̄p̄tū. et  
iureiurandi et similes defensiones: que  
ipso iure tollunt et perimūt oēm actōez  
vt solutio. acceptilatio. de quo in spec.  
de exce. in prin. Iste licet defendat reuz  
non tñ excludit vel elidit actionem. cū  
nulla sit actō. qz sublata est Aliq̄ tñ vt  
franciscus vercell. volūt dicere. qd̄ diffe  
rentia verborū huiōi respiciat solū vsum  
et modū duplicē loquendi: quo rei vñ  
tur. dicendo excipiendo ppono vel ad in  
ris mei defensionem ppono. Vel vt de  
ipse Defensio potest dici que reum per  
sonaliter defendat. Exceptio que resli  
ter. de quo per Jo. an. in dicto. c. de ex  
cep. li. vi. in nouella. si ḡ reo deficiunt  
dilatatorie. si h̄z aliquaz de pempto. p̄  
uilegiatis lit. contestat. impediēibus  
potest se ad illam cōuertere et opponere  
tā ante lit. contest. Et erit tñ forma ex  
ceptionis ista.

*Forma exceptōnis preiudicialis*

**C**oram vobis  
honorabili viro dño officiali  
vel iudicē. pcurator noie pcuratorio  
talis rei pponit et de excipiendo qd̄ illa  
vice inter predictū reū et actōez p̄fa  
tum. coram tali iudice ip̄si rei p̄petenti  
de et sup̄ p̄tensō debito. p̄ ip̄m actōz  
ab eodē reo etiā ex eadem cā tunc petito  
vel de et sup̄ re i p̄tensō ip̄si actor' libel  
lo petita: quā actor ad se generalr. vt ex  
cā tali tñ etiā a s̄seruit p̄nere. ex̄n̄it li

figatū Et ip̄e actor ab eodē iudice p̄tra  
riam sententiā diffinituaz reportauit. p̄  
quā reus ip̄e ab ei' ip̄etitōe fuit absolut  
us: q̄ sententiā appellatiōe nō suspensa i  
re trāsiuit iudicatā Vel sic. Corā vo  
bis et. vsqz ibi extitit litigatū. Et tādēz  
p̄tes ip̄se sp̄te libere sup̄ huiōi q̄stione  
et lite trāsierūt. sic qd̄ ipsa cā per trāfacti  
onē sopita ē extincta. Quā ip̄e actor' nūc  
sopitā eo mō q̄stionē resuscitare et re  
fricare p̄sumēs. sup̄ b̄ obstāte sibi re iur  
dicata vel trāfactōe p̄dcā. audiēd' nō ex  
istit. Quare p̄dcūs pcurator rei pete  
p̄ vos p̄nūciari decerni et declarari per  
p̄fati actorē super petitiōe sua et causā  
huiōi nō esse vlteri' audiendū. nec ad a  
gendū fore admittendū p̄dicto reo. in  
expensis legitimis p̄tēntis Ita debet  
petere. qm̄ iste exceptōes opponūt a s̄  
lit. p̄test. Et tñ etiā fm̄ istā petitiōis for  
mā h̄z iudicē. p̄nūciatio fieri vt no. c. i. d̄  
lit. contest. li. vi. p̄pter qd̄ esset tñ. ex  
ceptōes tales deferre. post. lit. contest.  
quia tunc absolueretur reus super prin  
cipali. vt ibi no. de quo in spe. d̄ excep.  
§. dicto. in vl. carta. ¶ Ad hoc autem  
vt obstat exceptō rei iudicate. plura ha  
bent concurrere. videlicet qd̄ idem sit cor  
pus seu quantitas Idem modus petē  
di. Eadem conditio personarum et qd̄ re  
us possedit tempore sententię rem peti  
tam ab eo. vt no. in. ea. penul. d̄ excep.  
et in alle. c. i. de lit. contest. Item ad va  
liditatem et efficaciam exceptionis trā  
actionis requiritur qd̄ transactio tenuerit.  
Unde potest actor contra predictas  
exceptiones replicare sic dicēdo. Pro  
curator talis actoris. replicando. con  
tra p̄tensas exceptiones talis rei pro  
ponit et dicit. qd̄ licet alias inter par  
tes sup̄ eadē re vlt eodē debito fuerit co  
ram tali litigatū. et snia lata diffinitua  
nec p̄ appellatōez suspēsa. qz tñ ille corā

quo partes ligabāt nullam habuit iurisdictionem. Ergo sentētia diffiniua que per eum lata fuit est nulla. ex tali cā actor vel tuncrem vel debitum petebat ex alia causa vel agendi modus est variatū quia tunc ad hoc agebat. nūc agitur ad illud rē. Vel transactio prealfecta dolose ē innēta. et nulla ex tali causa rē. De quibus replicationibus no. i. alle. c. i. de excep. li. vi. et i. spe. d. excep. §. dicto. ver. Hoc qz notādum. An iste exceptiones privilegiati opponi possint post terminum dilatoriū. late tractat Jo. an. in addi. spe. de vila. §. i. Et sibi placet qz sic. per rationes quas ibi ad h. inducit. Si vero nec predictę exceptiōnes pempt. reo ppetit. sed habet aliquam actionem ptra actorem. Et eū coram eodem iudice reconuenire. siue iudex sit ordinarius siue delegat. de mut. pet. c. vl. de rescrip. dispēdia. li. vi. Of ferat ergo reus tunc actori li. reconuentionalem ante lit. contest. Quia reconuentionio habet fieri ante lit. contest. postea nō habet locum reconuentionio. scz post lit. contest. Nisi premissa ante lit. contest. pre statione de reconuentione faciendā tūc fiat post lit. contest. in continenti. fm cōmunem opinionē doctorum Licz Bernar. et Inno. videntur eā fieri posse. etiā post lit. contest. et ante conclusionem cause. Que opinio cōiter ē probat. vt no. in alle. c. i. de mut. pet. Quia reconuentionio vt dicit Jo. de lig. ē verbū respectiū cōcernens pventionē. et respectiua sunt simul tpe. Etiam pbat hoc ordo rubricarum rē. Et tunc oblato libello reconuentionali buiōi cause sic iure conuentione et reconuentione illa a te vicissim scilicet mutuis vicibus tractāte sunt. et simul vna sententiā terminante. de or. cog. c. ij. et in. c. iam alle. Ita qz lit. contest. sup libello actoris per reum actor etiam sta

tim contestabitur litem super libello rei et primo iurabitur sup pventionē. Secundo iurabitur sup reconuentionē. et sic de alijs terminis et actibus in causis huiusmodi obseruādis et fiendis vt ibi no. Si tñ iudex aliter qz p reconuentionem est iudex. circa obseruationem talis vicissitudinis sibi latior est habena. De qz p Jo. an. in spe. de reconuentione. §. vi. tendum. Si aut reus neglexerit actorem reconuenire ante lit. contest. vel in continenti post prestatōe pti facta. vt dicitur est. Tunc si causa pendet coram delegato. et reus vult actori monere actionem Quia hoc non potest via reconuentionis oportet eū rescriptū ad eundē iudicem impetrare. vt in dicto. ca. dispendia. §. reus qz. Sed si causa est coram ordinario tūc reus poterit actorem coram eo puenire quicumqz. si est ordinarius pti vtriusqz. sed tūc cessabit vicissitudo pcessus. qz qlibz tūc currit in arte sua.

In certis tñ casibus nō admittit reconuentionio. vt si actor puenit reū possessorio. s. interdicto. Unde vi. non potest actor p reum reconueniri nisi de alia spoliatiōe. vt. in. c. vl. de or. cog. et ibi etiam de spoliatiōe in modis exceptiōnis opposita. et in. c. ij. de ordi. cog. et in. c. frequens d. resti. spo. li. vi. hoc veruz ē actore inuito sed eo pntiēte pcedit reconuentionio. vt de resti. spo. c. i. Et casus in quibus locum non habet reconuentionio. de arbi. cum dilectis. et in glo. super ea. An autem actor debeat habere inducias deliberatorias super libello rei conuentionali no. de mut. peti. c. i. Et dicitur qz sic si voluerit. Unde maliciofi aduocati eorum adueniente termino quod dēt respondere libello actoris si deficiunt eis exceptiones ad protelandum et differendum lit. contest. porrigunt libellum reconuentionalem. vt nō tñdeant

libello actoris. donec actor eorum libello se paratum offerat respondere. Et sic si actor velit statim respondere renunciando deliberatozys predicta malitia non iuuabit.

Sequitur secunda pars processus iudicarij de inceptioe litis.

**A**mpedito isto modo prima parte principali processus secundam partem videlicet ad inchoationem iudicij seu litis que habet fieri per lit. contest. Cum ipsa sit iudicij seu litis fundamentum de lit. contest. c. unico Si ergo reo deficiunt exceptiones dilatorie vel pemptorie priuilegiatę nec potest nec vult actorē recouere iure debet in termino statuto libello respondere. Et ad hoc ut lit. contest. debite fiat Actor vel eius procurator habet ponere contenta in libello suo Et iudex eis oppositis vel etiam ipse actor debet interrogare reum Utrum proposita in libello credat esse vera et petita fieri debere. Et sic reo respondente fit lit. contest. Et hoc est quod tex. in c. unico. de lit. contest. dicit quod per petitionem iure proposita et iuramentum secuta. fit lit. contest. Cum non sufficit libellum esse oblatum. et responsionem preiunctam ad hoc. ut inducta fit lit. contest. quia libellus non loquitur per l. unicam. C. de lit. contest. Requiritur ergo quod actor contenta in libello suo proponat. si tamen inuenitur in acti. oblati libellus et scriptura sufficiens rei iuramento. presumitur propositio et interrogatio interuenisse ut no. in alle. c. unico. de lit. contest. et quod interueniat propositio et interrogatio raro seruatur in petita. de qua etiam in spe. de lit. contest. §. i. d. sic igitur in lite contest. procedat. Et est lit. contest. fundamentum iudicij per petitionem in iure propositam et congruam iuramentum secuta a iudice. contest. factam que obmissio si in figura iudicij procedat.

Veritate in omnibus laboribus et sumptibus litigantes. Et ista definitio est que est osti. ipse per singula membra declarat Et ponit post eum Jo. an. in. c. unico. de lit. contest. et fit eodem modo preiunctum sub ista forma

Talis procurator. N. rei respondendo preiuncto libello quo actoris narrata putantur negat esse vera. Et dicit petita in ipso fieri non debere a iudice lit. contestam. Et tunc scribet tabellio lit. contest. eadem factam hoc modo. Anno tali die tali etc. Coram domino decano iudice predicto eo sedente per tribunali comparuit talis actor vel talis eius procurator. et cum ac petitionem suam in ipsius libello contentam verbo proposuit. predictusque dominus iudex vel actor seu ipsi procurator tale reum vel tale eius procuratorem super sic propositis ac petitis et ea crederet fore vera et petita fieri debere interrogauit. Qui ad interrogatores huiusmodi respondens narrata et proposita eo modo negauit esse vera. et dixit petita fieri non debere a iudice lit. contest. Et sic iuramentum suum facit et in scriptis oblatum in hoc verba Talis procurator etc. In istis contestatione si tibi facta. ipsis partibus vel procuratoribus partium prestandum et prestari videndum calumnie iuramentum diem talez pro termino assignauit. Tabellio orator dicitur sic solet scribere. Talis reus vel eius procurator respondendo libello actoris negauit narrata in ipso prout narrantur esse vera. et dixit animo lit. contest. petita fieri non debere Jurabitur de calumnia tali die etc. Per istam rei responsionem respondetur ad narrata et ad petita in bello. et exprimat animus scilicet quod animo lit. contest. etc. ut patet in forma. Si tamen fit responsio ad solam narrationem. vel etiam ad causam. ex qua petunt. dicunt De. et Alb. et l. do sciensis et Johan. an. d. quod facta lit. contest. quia per negationem cause sequitur

negatio effectus. et negatio narratis negatur conclusio que sequitur ex narratis. **Q**uod autem non sit necessaria declaratio vel expressio animi videlicet quod dicat reus animo lit. contest. est decisum in rota. ut patet in conclusione. xvij. que incipit. **I**tem si pars rea. **E**t determinat gual. in spe. de lit. contest. §. i. ver. quid si proponitur. quia presumitur casus ex quo verba sunt apta. **U**nde si reus diceret aliaque verba apta ad lit. prest. non tamen vellet per ea lit. contestari. sed diceret ea ad iudicis instructionem deberet de hoc protestari. de quo de fo. compe. si clerici. **E**t alle. in. c. unico. de lit. contest. et per predictam responsionem formaliter et communiter fit lit. contest. **A**n autem per responsionem iuris. si dicat reus nolo vel volo litigari vel contendendum puto. vel non credo me debere. sed si debeo paratus sum solvere. vel dicit ad actorem tu mentiris per gulam. vel responderet de credulitate etc. **I**n lis fit per hoc contest. no. in. c. unico. de lit. contest. et in spe. §. i. **E**t si reus confitetur si libellus precessit per talem confessionem est facta lit. contest. de quo de elec. dudum. ij. **E**t dixi alias circa materiam libellorum quod tamen quidem legisse impugnant. de quibus per Jo. an. in addi. spe. de lit. contesta. §. i. super ver. si reus non negat **E**t quis ut dictum est supra. facta lit. contest. iudex assignet terminum partibus ad iurandum de calumnia. quia id ex ordine statim succedit cum ipso lit. exordio sit prestandum de calumnie iuramento. ca. 7. et exponitur ibi post primum litem exordium scilicet immediate post lit. prest. ut. e. ti. cum causam **S**i tamen non fuerit iuratum in exordio poterit postea in quacumque parte litem prestari. ut eo. ti. ca. i. li. vi. **E**tiam si in tota causa obmissus fuerit tacite. per hoc processus non viciatur

ut ibi. in. ij. **R**islo. **E**t quando dicitur prestari iuramentum de calum. debet intelligi scilicet vitanda sicut dicitur habet at unusquisque suam propter fornicationem scilicet vitandam et non committendam. xxx. di. verum. et est calumnia. quoniam quis scienter iniuste agit vel resistit. ut in. le. i. ff. ad turpillia. §. calumnia. iij. q. iij. §. notandum. et habet hoc iuramentum quinque ea. que ponit Bern. de iura cal. c. i. et in. iij. glo. et de hoc ponit etiam ibi versus **I**udex ergo faciat iurare actores primo vel eius procuratorem habentem tamen ad hoc mandatum speciale sub hac forma

Forma iuramenti de calumnia.

**Q**uod iurabis vel etiam iuras quod tu calumniose non petis. sed quia credis et estimas te iuste petere **U**el si alios **T**u iurabis te litem istam animo calumniandi non movisse. nec movere. nec moturum **I**tem quod veritatem super hijs de quibus interrogaberis respondebis et eam non negabis **I**tem quod non vteris scienter falsa probatione. **I**tem quod non corrupisti nec corrumpes iudicem vel tabellionem nec disti nec dabis nec promissisti nec permittes aliquid per te vel interpositam personam pro hac causa ut sententia pro te feratur. **N**isi illis personis quibus iura dare permittunt. **I**tem quod dilationem non petes gratia litem differende **E**t conclusio dicitur dicat iudex et ita iuras quod sicut ego dixi verum est et ita servabis sic te deus adiuvet et hec sancta dei evangelia **C**onfuluit tamen Guil. in spe. eo. ti. §. nunc dicamus. in princ. quod volumus puta de dilatione ad evitacionem periculi multorum evitatur et obmittatur. **D**einde iudex connectendo se ad reum vel eius procuratorem dicat sibi **E**t tu iurabis

q̄ putas te petitiōni actoris iuste cōtra  
 dicere et ita v̄ esse et te obseruaturū in  
 defendēdo sicut iste iurauit in agēdo sic  
 te deus adiuret. In cōmuniōibz autē  
 iudicijz vbi v̄terqz gerit personaz v̄tri  
 usqz. s. actoris et rei. vt de p̄ba. ex litteris  
 v̄terqz prestat iuramentū actoris et rei.  
 partes s̄i vel procur. eoz se breuiter ex  
 pediendo dicant et quilibet eoz. Ego iur  
 to iuramentum de calūnia cum omnibz  
 ca. et clausulis suis sic me deus adiuret.  
 et. obmissa expressiōe capituloz et iu  
 rant p̄cura. in alias v̄siozū suoz et non  
 p̄prias. sed qz procurator calumniari po  
 test sicut dominus. Unde p̄cura. etiam  
 in aīam p̄prias iurare tenetur. de iura.  
 calū. c. ij. secundo respon. li. vi. Et dō  
 minus non incurrit p̄nium ex facto p̄  
 cura. nisi ipse dominus sit in culpa. de q̄  
 in. c. vl. de iure iur. li. vi. et in de. ij. de p̄  
 cura. in vlti. glo. Et iuramentum istud  
 de calūnia est inuentum vt veritas eli  
 ciatur. Item vt timore iuramenti ligā  
 tum temeritas p̄spicatur. Itē vt iura  
 menti timore iurans imemor sue salutis  
 quo ad alia. c. non efficiatur. et ita no. de  
 iura. calum. c. ceterz in glo. ij. et sup eo.  
 Et aduertendum q̄ habemus quatuor  
 genera iuramentozū que prestantur a  
 p̄buz in iudicio. Iuramentum de ma  
 licia. quod potest deferre iudex p̄i quā  
 docūqz sibi videbitur expedire. vt etiā  
 tactū est supra circa exceptiones. Item  
 iuramentum de calūnia et istud prestat  
 debet statim post lit. p̄stia. vt dicitur est  
 supra. Et prestatur hodie tam in spiritali  
 alibus q̄ in civilibus vt de iur. calum.  
 c. i. respon. ij. li. vi. Et etiam in crimina  
 libus. de quo tamen sunt opinionēs. vt  
 no. e. ti. c. i. Item iuramentum de verit  
 tate dicenda quod in spiritalibus pre  
 statur. Item iuramentum de actoriuz. qd̄  
 defert iudex actori in supplemētum pro

bationum. vel reo ad suā innocētiā offē  
 dedam. vel etiam p̄ p̄i iuxta formā. c.  
 vlti. de iure iur. Formam autē iuramētū qd̄  
 iuramentū prestat a iudex ponit Guil.  
 in spe. e. ti. §. restat. et. sed pone iudex  
 Et si aliqua p̄nium recusaret prestare B  
 iuramentū habebit penā. de qua in. c. vl  
 ti. de iur. calū. §. pena. et tabellio predic  
 ta scribat in actis in hac forma. Die ta  
 li anno quo supra comparuerūt in iudi  
 cio corā domino iudice supradicto ipso  
 in loco suo p̄sueto pro tribunali sedente  
 talis actor vel talis ipsius p̄cura. ex vna  
 pte. et talis reus vel eius procur. pte ex  
 altera. et ibidem ptes hmoi vel eaz pro  
 curato. primo actor vel suus procurator.  
 deinde reus vel procurator eius calūnie  
 iuramentū p̄stiterunt: quo p̄stito p̄dic  
 tus dominus iudex actori p̄fato vel suo  
 procuratori. diem talem ad ponēduz et  
 articulādum ac p̄i tee ad hoc fieri viden  
 dum in causa hmoi pro termino assigna  
 uit. Notarij ordinarioz breuiter sic  
 scribūt. Die tali. anno tali. iurato per p  
 tes vel eaz procuratores de calūnia arti  
 culabitur tali die. Termino ergo p̄dic  
 to adueniente actor habebit offerre posi  
 tiōēs et articulos. et istos vsus lōgenos  
 in causis admisit in de. sepe de ver. sig.  
 Sunt ergo ab vsu iuduce positiones. et  
 postea per ius canonicū approbate. s. a  
 tpe Grego. ix. qz ante eū d̄ positionibz  
 non habuimus exp̄ssum ius. sed per ip  
 sum. vt in. c. dudum d̄ elec. et in. c. vni  
 co de lit. p̄test. et quō vocabūtur aliquā  
 do tituli. aliqui intētiōes. aliqui ca. no.  
 de cau. poss. et p̄prie. cū ec. de testu. p̄st  
 sentium li. vi. et in de. sepe de ver. sig.  
 Et sūt positiones ad facilitōē litū expē  
 ditōē p̄pter partū p̄fessiones et articu  
 li ad clariorē probanōē vt dicit tex. in  
 de. sepe de v. sig. Et positionū plures  
 dantur differentiē: quaz aliquas ponit

**C**onul. in spe. de positionibus. §. i. et alie  
 no. d. p. fel. c. i. li. vi. in glo. i. et supra.  
**E**t dicitur positio eo quia super positionibus  
 his ponitur velud super fundamento quod est  
 confessans vel negans his preedit plerumque  
 vel non preedit. Item etiam no. p. Jo.  
 an. in nouella. **A**rticulus autem dicitur quod ar  
 tat. i. arte componitur. et artat ad respondē  
 dum no. in. c. presentium prius alie. et  
 supra in glo. **A**rticulus est nomen dimi  
 tiuū designans aliquid particulare a gene  
 re suo per debitas circūstantias de calum.  
 ad hoc de off. dele. super questionū de arti  
 culis no. Jo. an. in ad. vi. spe. de positi  
 onibus. §. i. et dicit ibi Jo. an. in ad. vi.  
 spe. de testi. §. nūc vidēdū in prin. quod ars  
 articulandi inter causidicos summū te  
 net gradum in curia romana et maxime  
 in beneficiis deuoluntis. **U**nde con  
 sulit quod curiā intrantes caueant quanti  
 cūq; sint magni iuriste ne suo capite ar  
 tem hanc in prin. sumāt. sed antiquis ad  
 uocatis assistant vel secum habeant. per  
 ratores exptos. et ibi Jo. an. circa eum  
 dem. §. in stat. pulcrā materiam tractat  
 ibi. **E**t positiones et articuli in iust. seu  
 iudicij ordine seu loco sunt. s. post lit. p.  
 test. et iuramentū calum. super principali  
 tamen quantumcūq; faciente sunt. p. bati  
 ones fieri possunt. de quo in spe. de posi  
 tionibus. §. iij. in prin. quod si reus habet p.  
 bare exceptionem vel actor replicatōez  
 suam. rediget exceptionem vel replica  
 nonez in positiones et articulos. **S**ed for  
 mandas igitur positiones hac via p. uē  
 tur. **N**am formans eas habet libellū p.  
 oculis et eius ex tenore sumat et formet  
 positiones et diligētē p. fiteret quas ha  
 bebat necesse p. bare et super omnibus que  
 debet probare positiones faciat: nec va  
 let positio nec etiā confessio nisi fiat super  
 re de qua agitur. de quo in spe. de positi  
 onibus. §. p. r. regulariter autē de quo

etiam de p. fel. c. i. et ij. li. vi. **I**n actione  
 ergo reali sicut visum est supra in p. ma  
 forma libelli sic ordinet positiones suas  
 actor. **P**ositōes et articulos infra scrip  
 tos ac p. tenta et descripta in eis omnia et  
 singula dat facit et exhibet. **C**orā vobis  
 honorabili domno. **N.** iudice. et. p. cura  
 tor nomine procuratorio talis actoris  
 medio suo iuramento in tali cā. et. quod  
 omnibus penit sigillatim p. talem reum es  
 ponteri p. iuramentū suum sufficiēter et  
 clare p. verbum credit vel non credit. of  
 ferens se ad probandū negata ad super  
 suam tamen probationem se non astrin  
 gens. **I**n primis ponit et probare inten  
 dit quod anno tali tpe contractus de quo i  
 fra talis sempromus i cāpo talis loci ta  
 lem fundū cuius fines iura i p. cificante  
 habuit ad eū p. nentem. **I**tem quod item  
 sempromus anno predicto: die et mēse  
 tali fundū hmoi nicio actori p. dicto emē  
 ti vendidit pro precio tot librarū denari  
 orum. **I**tem quod ipse nicus p. cū p. p. p. l  
 satam predicto suo v. ditorum numeravit  
 realiter et p. soluit. **V**el ponatur si non ē  
 facta solutio quod venditor de precio fidez  
 habuit. et. vii forma libelli. **I**tem quod tē  
 promus venditor memoratis fundum  
 predictum et eius possessionem realiter  
 tradidit nicio emptori antedicto. **I**tem  
 quod sezus reus predictus eūdem fundū  
 a tali tempore tenuit et occupauit ten  
 net et occupat. fructusq; eo pro uenientes  
 percepit et percipit et eum nicio actori re  
 stituere liberum et vacuum dimittere seu  
 assignare cum fructibus perceptis refra  
 gant in periculum anime sue. **I**tem quod  
 de premillis omnibus et singulis fuit et  
 est publica vox et fama. **D**at etiam libel  
 lum p. parte sua oblatum pro positioni  
 bus et articulis producta ac producēda  
 in hmoi causa inquantū faciunt pro p.  
 te sua et non ultra. necnon de notorijis

signis et sigillis salvo iure addendi mi-  
nuendi supplendi declarandi ut moris est  
Et positiones sic sunt formande quod sunt  
de intentionem ponentis probata natura  
opposite actionis. Si ergo actor agit de  
dominio rei penite. habet considerate que  
sunt necessaria in probatione dominij Et  
que sunt ista tactu est supra circa primuz  
libellum. et no. Guil. in spe. de loco. §.  
nunc aliqua. v. vbi. Si agit publiciana  
confiteret que sunt necessaria in ea. et  
sic de alijs de quo in spe. de possi. §. v. ad  
fi. Et debent fieri positiones de presentia  
in libello vel ad ea pertinentibus. Et iudex  
debet examinare eas an faciant ad causam  
vel non. et. ut postea patebit. et no. in c.  
i. de confes. li. vi. Et debent dari positio-  
nes per iuramentum et qui dat perarias i-  
currit perurium. de quo de iureiuran. c.  
vlt. li. vi.

¶ Tabellio sic scribit. Anno tali die ta-  
li talis actor vel eius procurator comparu-  
it coram iudice predicto ac positiones et arti-  
culos obtulit infrascriptos quibus per par-  
tem aduersam responderi et eam ad hoc  
compelli et cogi postulauit. Et aduerso  
predicto officio iudice adhuc sedente per tri-  
bunali talis reus vel talis eius procura-  
tor coram eo comparuit ac positionum et ar-  
ticulorum predictorum copiam sibi decerni  
ac terminum ad dicendum contra eas vel  
respondendum eidem speretem petijt as-  
signari. Predictus ergo dominus iudex  
copiam huiusmodi reo vel eius procuratori  
fieri decreuit. et diem tale ad dicendum  
contra positiones et articulos huiusmodi vel  
respondendum pro termino assignauit  
Vel coram ordinario scribit tabellio.

Exhibitis his positionibus et articulis  
per talem actorem vel eius procuratorem  
in presentia talis rei vel procuratoris sui. anno  
tali die tali eis respondebitur vel ipsi im-  
pugnabuntur per ipsum reum vel eius p-

curatorem die tali. Et in huiusmodi assigna-  
tione terminorum aliquando non exprimi-  
tur pemptorie. quod isti termini pempto-  
rij intelliguntur licet non exprimantur. ut  
no. in ca. pastoralis de excep. Nisi fieret  
citatio vel assignatio ad istam audien-  
tiam. ut suo loco patebit.

¶ Forma positionum et articulorum in ac-  
tione personali

**P**ositiones et ar-

ticulos ut supra in forma precedenti  
fordis. In primis ponit et probare intendit  
quod citius actor predictus prefato seyo  
re commutauit vel mutui causa numerauit  
decem libras denariorum talis monete  
Item quod idem seyo debitor huiusmodi mu-  
tuam sibi pecuniam predicto ticio cre-  
ditori suo soluere promisit in tali termino  
et loco bona fide. Item quod huiusmodi debitor  
ipse seyo debitor antedictus suo credi-  
tori ticio in preexpressato termino rudiuz  
elapso soluere neglexit et hodie misstrare  
et de eo sibi satisfacere indebite contra-  
dicit. Item quod de premissis omnibus et  
singulis fuit et est publica vox et fama.  
Insuper dat libelluz. ut in precedenti  
forma

¶ In actione depositi sic concipian-  
tur. et.

**P**ositiones et ce-

tera. In primis ponit et probat  
intendit. quod citius actor prefatus penes  
seyum reum predictum deposuit decre-  
tales. Item quod huiusmodi depositus liber de-  
cretalium scriptis fuit in cartis bedinis  
seu pergameno. Item quod glo. habuit or-  
dinariam seu apparatus. Ber. spositi pa-  
piensis. Item quod habuit desuper corium  
rubeum album vel nigru. Item quod secundo  
sextenus sic incipiebatur. Item quod primi  
quaterni principium fuit tlae. Item quod

memoratus seyus predictum librum  
decretalium ex causa depositi ad se rece  
pit. Item q̄ ipsum librum predicto de  
posito idem depositarius reddere et re  
stitere contradicit. Item q̄ de premis  
sis omnibus et singulis. r̄. etiam insup  
dat libellum

**I**n possessorio recuperande seu inter  
dicto unde vi fiant sic positiones et arti  
culi.

**P**ositiones et ce  
tera ut prius. In primis poit  
et probare intendit. q̄ de ano tali die ta  
li ticius actor predictus tales fundū vel  
domum cuius confines. i. describunt poss  
edit. Item q̄ seyus predictus predicto  
anno et die eundem ticium sic in posses  
sione reali et corporali existentem de do  
mo seu fundo huiusmodi sey et eius pos  
sessione violenter expulit et eiecit. Itē  
q̄ domum seu fundum huiusmodi. seu  
eius possessionē a tempore deiectionis  
et spoliationis predictae tenuit et occu  
pauit tenetq̄ et occupat. et possessionē  
eandem cum fructibus inde perceptis et  
qui percipi poterunt predicto ticio spo  
liato restituere contradicit. Item q̄ dā  
na ppter hoc predictus sustinuit spoliati  
onem huiusmodi et deiectionem factā  
non fuisse. Item q̄ fructus perceptos  
et qui percipi poterunt a predicto tem  
pore r̄c̄similiter prout et percipi annu  
am consueverunt videlicet tot maldra  
frumenti talis mensure. Damna vero et  
interesse ad tot libras denariorum ipse  
spoliatus estimat vestra tamen iudiciali  
salua taxatione. Item q̄ de premissis  
omnibus et singulis fuit et ē publicator  
et fama. dat nihilominus libellum. r̄c̄.  
Sic fiunt positiones et articuli in embra

tim et distincte. Quia articulus est p̄  
intentionis. ut no. de testi. presentium.  
li. vi. Vel si agitur contra eum qui non  
spoliavit sed spoliari mandavit. vel spo  
liationem ratā habuit. vel rem spoliatā  
recepit scienter a deiectore sic p̄cipiunt  
positiones ut prius.

**F**orma contra detentorem mandato  
rem vel retrahentem.

**I**n primis ponit et  
probare intendit procurator predictus  
q̄ tali tempore ticius rem talem posse  
dit. Item q̄ talis sempromius eodem  
tempore videlicet tali die v̄neris eun  
dem ticium possessorem de possessione  
eiusdem rei expulit violenter et eiecit.  
Item q̄ seyus spoliationem et deieccio  
nem eandem per eundem sempromium  
fieri fecit et mandavit. Vel si non man  
davit sed ratā habuit ponatur sic. Itē  
q̄ spoliationem et deiectionem huius  
modi idem sempromius fecit nomine et  
contemplatione sey rei supradicti. Itē  
q̄ ipse seyus eandem spoliationem sic  
suo nomine et eius contemplatione fac  
tam ratam et gratam habuit. Item q̄ r̄  
huiusmodi ipse seyus ad se recepit. et eā  
a tempore deiectionis et spoliationis p̄  
dicte huiusq̄ tenuit et occupavit de  
tinetq̄ hodie occupatam. Vel sic quan  
do convenitur reus qui scienter rem re  
cepit a deiectore premissis: premissis eti  
am duobus primis articulis. puta de  
possessione ipsius ticij: et etiam de spo  
liatione sempromij. de cetero ponatur  
sic. Item q̄ predictus seyus prefatam  
rem spoliatam a predicto sempromio d  
iectore et etiam spoliatore recepit. Itē  
q̄ ipse seyus sciuit ticium predictū rem  
huiusmodi a sempromio fuisse et eē spoliatū.

Pro foris positio nū in diuersis ma  
terijs habeant recursus ad spe. ti. de tes  
te. §. nunc vidēdum. ⁊ in tractam libel  
lorum ibi quasi per singulos titulos in  
materijs formantur positiones super li  
bellū ⁊ etiam aliquę positiones formant  
tur de p̄fessi. c. i. li. vi. in glo. magna ibi  
de materia positio nū. ⁊. c. sequēti.

De modo respondēdi ad articulos.

**F**actis autem ⁊

oblatis positionibz. ⁊ si sunt  
p̄nentes clare ⁊ certe debet ad eas res  
pondere. de testi. p̄fissum li. vi. immo si  
interrogatus sup positionibz ⁊ iussus est  
pondere hoc facere recusat: habētur posi  
tiones p̄ confessatis. nisi rationabil cā  
recusantem excuset. vt in. c. ij. de p̄fessi.  
li. vi. ⁊ que sit cā rationabilis ibi no. in  
glo. puta si positio est supflua que nō fa  
cit ad cām vel obscura incerta captiosa  
de facto alieno ipertinēs vel indiffinita  
iure. vt ibi p̄dōnēs em̄ debet ponere cer  
tum: ⁊ sic respondēs certū responderet  
no. in iuris alle. Et ista singula declarā  
tur. c. ij. de p̄fessi. li. vi. in predicta glo.  
⁊ q̄ d̄z ponit ⁊ pbare intendit. s̄ hodie  
est in vsu. Alias positiones dabant sic  
dicendo primo ponit talis r̄. ⁊ si nega  
bantur ille positiones postea dabantur  
articuli sic dicendo. Talis intendit pro  
bare r̄. Hodie ergo simul fiunt. ita q̄  
positiones negatę succedunt in locū ar  
ticulor̄ ⁊ intēonum p̄bandi. de q̄ etiaz  
in spe. de testi. §. nunc vidēdū in prin.  
cum remiss.

Exceptiones p̄tra arti. ⁊ posi.

**D**etermino igitur

predicto puta ad dicendū contra posi  
tiones ⁊ articulos vel eis respondendū  
statim solent quātoq̄ dari exceptio  
nes contra positiones ⁊ articulos sub

hac forma.

**¶** Forma exceptionum contra positio  
nes.

**C**ontra positō

nes ⁊ articulos p̄tēfos obla  
tos p̄talem actorem vel talē ipsi? p̄cura  
tozem in causa tali r̄. p̄cur. noie p̄cura  
tatorio talis rei p̄ponit ⁊ dicit excipien  
do q̄ h̄mōi p̄tente positiones ⁊ articuli  
sunt generales nimis obscuri incerti in  
formes ⁊ determinati dubij multiplices  
indiffiniti iuriscapio si de facto alieno ⁊  
imp̄nētes ac tales que minime releua  
rent actorem p̄bati vel confessati ⁊ i eis  
inquantū pro positionibus dātur: non  
est pro p̄te rei respondendū. Inquantū  
vero offerūtur articuli nullatenus sunt  
admittendi. vt ex eoz patet inspectione  
euidenter: ⁊ latius si fuerit opus deduc  
etur. Quare predictis procura. rei pe  
tit p̄ros pronūciari decerni ⁊ declarari  
positiones ⁊ articulos passeros nō eē  
admittendos: sed eos reijciēdos ⁊ repel  
lentos fore ac reijci ⁊ repelli p̄te ream  
ab istātia iudicij vestri absolui: ⁊ actore  
sibi in expens legitimis cōdemnari: sal  
uo iure addendi ⁊ diminuēdi r̄. Quā tñ  
positōes ⁊ articuli sunt obscuri ipertinē  
tes vel inadmissibiles sic q̄ probati nō  
releuarent ponētem. dicit Jo. an. in. c.  
dudū. ij. de elec. q̄ incaute facit aduoca  
tus p̄ns alterius si petit declarari articu  
lum. Vel a principio dicit eū nō admit  
tendū: vel enā si format interrogatoria  
talia: que p̄ testes h̄nc habeant declarā  
Iudex tamen p̄t examinare positiones  
⁊ articulos ⁊ ipertinētes repellere: qñ  
de ipertinētia constat. In dubio potius  
habet admittere. vt no. de testi. p̄ mas.  
⁊ de p̄fessi. c. ij. li. vi. s̄ app. cū speciali. §.  
porro. ⁊. excessu q̄q̄. Cū consueuerūt  
fieri responsiones ad positiones ⁊ arti

culos: salvo iure impertinentium & non admittendorum. de quo etiam in spe. & positionibus. §. vij. ver. si vero certum est &c. Possunt ergo fieri responsiones ad positiones formatas super libello in actione reali sub hac forma

**R**esponsiones ad positiones in actione reali

**P**rocurator no

mine procuratorio sey rei: salvo iure impertinentium & non admittendorum positionum & articulorum pretensorum actiois: sic qd responsiones quas forsitam ad impertinentes & inadmissibiles positiones huiusmodi fieri contingit: p non factis habeantur dat facit & exhibet medio iuramento responsiones infra scriptas &c. Ad primam positionem pretensam: que sic incipit In primis &c. procurator sey predicta respondendo eam non credit Ad secundam &c. non credit. tertia dependet a secunda negata: similiter & quarta Ad quintam credit se fundum possidere: & ei? restitutionem & assignationem iuste contradicere. Ad finalem credit de confessionis: & negat de negatis. Et licet predictae positiones sint p maiori parte de facto alienorum: tamen quia sic faciunt ad causas iure est ad eas respondendum qd siue sint de facto proprio: siue de facto aduersarij: siue etiam de facto tertijs. debet eis respondere ita dicit Jo. an. in addi. spe. de possi. §. vij. Item supra dicitur in responsionibus ad tertiam & quartam positiones. qd dependeat a secunda negata: non oportet aliter ad eam responsione fieri. vñ ex qd negat tractus emptionis seu redimtionis. negant alia meliata vel necessario procuratorna ad tales tractus. vt precij numeratio rei traditio ex tali causa &c. Positio tñ dependet a negata qd non dependet aliqui a confessata. vt no. de confel. c. ij. li. vj. sup. glosa

puto. Et qd fit responsio p verbu credit vel non credit hoc pcedit ex vi iuramenti talis Et iuramentu de veritate artat p vbi scio vel nescio. tñ iuras de veritate e interrogandus & etiā rñdere tenet de credulitate. vt no. p. Host. in. ca. lras. de iura cal. & p fessio de credulitate etiā p iudicat sic confessio de veritate. vt no. de iure iur. ex lris in glo. si. & d iura cal. cū cam. De shlo tñ curie iurat quis dicere veritatem quā scit vel credit Si respōdet p verbū dubito an sufficiat. no. in alle. c. cum cam in glo. i. & super ea. Quid etiā iuris sit cū actor petit certuz reus rñdz se sub pdictōe pmisisse an vi deatur pure confessus no. p arch. & io. an. de confel. c. i. li. vi. Ista rñsio est in pte contrarepōdentē. s. inquantū confitetur se pmisisse. & in pte p eo. s. inquantū dicit qd sub pdictōe pmisit S3 cōfessionis statim ptra confitentē nō p eo. Et g vltet fundata intentio actoris p talē confessionē. nisi reus pbet confessionē S3 in contrariū facit. qz ista rñsio ē vni ca & vnū cōstructū. g actor aut totā ap probet aut totā refutet vel recuz. Et qz si vult approbare p se: debet etiā contra se approbare. Finalit credit Jo. an. qd reus iuste peteret declarari p actorē an ponat ipm. pmisisse pure vel sub cōdictione. & sic cessaret illa perplexitas. Ar chi. tñ dicit qd reus posset negare se pure pmisisse. Iñ at actum repōsionū factarū scribat tabellio hoc in oro

Forma actū in actis.

**D**e tali. anoyt

supra: tal re? vel t. l. ei? procura tor: corā p fatio vño. l. i. iudice in solito suo loco ad reddendū iura p tribunali sedete pparēs: rñsiones ad pōsitiones & articulos tal actoris sicut ibidez p pennis: infra scripti tenoris obmlit. & rñsiones

huiusmodi facit medio iura: quibus rñsionibus  
 sic factis et receptis. actor predictus vel  
 procurator eius sibi dilatoem ppetentē ad  
 pducendum testes p sua intentione fun  
 danda assignari postulauit. Cui dñs p  
 dictus in ter talem die. vel unū mēsem  
 p termino et dilatoem ad testes pducē  
 dos assignauit. Et sic scribit notarius  
 ordinarij. Factis vel exhibitis rñsionibus  
 predictis p talem reū: vel talem ipsi? pecu  
 ratorem anno tali die tali in pñtia acto  
 ris vel sui procuratoris pbabit vel pdu  
 centur testes p actorē p prima dilatoem  
 die tali rñ. De istis aut dila. pducendis  
 an tenent tres dil. vel una tñ: vel ita spa  
 ciosa qd infra illā pñt fieri tres pducōes  
 no. de dila. c. ij. in glo. ij. et sup ea vt po  
 stea videbim? Pars ptra quā fit pduc  
 tio testiū dat interrogatoria. et dantur  
 sup articulis volentis pducere testes.  
 Et formatur fm circūstātijs cause. et p  
 sonarū testiū. de pba. licet de testi. cum  
 cām. r. c. p mas vbi doc. et de testi. pñtiū  
 li. vj. et ibi ponit forma eorū. **D**at g  
 articulis p alterā partiū. ps ptra quam  
 dantur pñt terminū ad dandū interro  
 gatoria. et iste terminus datur. vt pbant  
 iura alle. et enā vt general' hz pñt dō  
 dandus est. sunt ergo isto modo sup ar  
 ticulis in reali rñ.

forma interrogatorioz

**I**nterrogatori

g ifra scripta dat facit et exhibz  
 procurator procuratorio noie talis fm que  
 oia et singula petit singulos testes pñs  
 aduersē interrogari. et interrogatōes  
 huiusmodi cū rñsionibus testiū ad eas in actis  
 redigi et p scribi. alioquin de inualitūdi  
 ne de pñonū. et qd sibi nō preiudicent  
 ac alijs ptestat: putē moris Diligent  
 g et nō pñtorie testes ipsi examinen  
 tur et ab eis pñtēter sup qlibz articulo

quod de singulis circūstātijs. **Q**uerat  
 enā a qlibet teste de ipso? etate fide fama  
 statu et p ditione. an sit nobilis vel plebey?  
**I**te quantum hēat in bonis **I**te an prece  
 vel precio grā odio timore vel fauore te  
 stificet. **I**te an ei dātū sit aliqd vel pro  
 missum: vel aliquā hēat spem qd sibi de  
 tur vt sic testificet. **I**te an sit excōicat?  
 ma. exco. **I**te an sit amicus soci? vel fa  
 miliaris panguineus affinis vel subdi  
 ctus vel de iurisdictione pducētis. vel ei?  
 cōtra quē pducitur inimicus **I**te an sit  
 instructus cōtra quē et quid deponere de  
 beat **I**te an sup hō cōcordauerit cū testi  
 bus suis **I**te vtz sit subordinatus. **I**te  
 quā pte mallet in cā huiusmodi obtinere. et  
 cui plus faueat rñ. **E**t spēalit' si dixerit  
 testis eē verū qd in pmo articulo cōtine  
 tur interroget de cā scie. vt dicit vñ sci  
 at testis fundū ad sempromiū pñnuisse.  
 et quōb vel qñ sempromi? dominiū acq  
 siuit **I**te de cōfinibus eiusdē fundi **I**te  
 circa secundū articulū quā si testis dix  
 erit eū verū eē de cā scie. an testis fuerit  
 pñs in cōtractu. et qui cū eo fuerūt pñs  
 tes. qñ numero. et ad quid ibi fuerūt **I**te  
 de loco ptractus in qua domo. an dom?  
 sit terra: lignea vel lapidea. in qua pte  
 dom?. **I**te de tpe scz de āno. mense. die  
 hora. **I**te de forma ipsius contractus.  
 an fuit purus vel conditionalis vel mo  
 dalis. et per que verba celebratus. **E**t si  
 conditionalis vel modalis queratur an  
 conditio postea extiterit et fuerit purifi  
 cata vel modus seruatus **I**tem an testis  
 nouerit personas contrahentium **I**tem  
 an precium interuenierit et precium solu  
 tum fuerit. in qua moneta per quem cui  
 quo loco tempore die hora quibus pre  
 sentibus et semper de causa scientie de au  
 ditu fama certitudine et credulitate et sin  
 gulis circūstātijs alijs que ad veritatem  
 faciunt eliciendam et detegendam

falsitatem. de testi. cū cām. **P**lenissime  
 de testi. §. iam de interrogatorijs in spe.  
**E**t cautum est q̄ huiusmodi interrogat  
 tiones distincte forment̄ ponendo ante  
 quālibet. **I**tem vel consimile vt tradit  
 doctrinam. **G**uil. in spe. de testi. §. nunc  
 de interrogatorijs. **E**t sunt interrogato  
 ria circa p̄sonas testium et circa dicta.  
**S**ed dicit guil. in spe. de testi. §. iam de  
 interrogatorijs. **V**. in summa q̄ duo sūt  
 genera questionū seu interrogatoriorū.  
**Q**uoniam genus sit ad destruendū dicta  
 testium. **A**liud ad fundandū exceptiō  
 nes. i. intentōnem eius p̄tra quem tes  
 tes p̄ducātur. q̄ testis deponere debet  
 pro vtracq̄ parte. **D**icit tamen **J**o. an.  
 ibi in addi. q̄ interrogatoriū non debet  
 p̄tinere nouū capitulum p̄ aduersario.  
**E**xemplum. **T**itius p̄ducit testes p̄tra  
 seyum ad probandū mutuū. **S**eyus  
 dat interrogatoriū petēdo interrogari  
 testes sup̄ solutiōne mutui. s̄z an soluet  
 rit. hoc faciendum non est. q̄ seys de  
 hoc habet facere capitulum. **T**itius in  
 terrogatoria. **P**rimū genus interroga  
 toriorū sit dupliciter. videlicet vel tōne  
 p̄sone testis. vt q̄ est excōicatus instru  
 ctus subordinat⁹ iudex suspectus vel  
 alis minus idoneus ad testificandū. vel  
 ratione dicti. vt q̄ deponit p̄traria. vel  
 vacillat. vel non redd̄t aptam dicti sui  
 cām. **D**e diuersis autē interrogatorijs  
 et formis interrogatoriorū p̄ **G**uil. in  
 spe. de testi. §. iam de interrogatorijs. **S**  
 hoc etiā in. c. p̄nū. de testi. li. vi. **E**t  
 ibi textus loquit̄ de interrogatorijs. **I**n  
 glo. ponit̄ forma et ante non habuim⁹  
 textum de eis. **D**e materia ista etiā no.  
 in. c. p̄ tuas. et in. c. cum cām. de testi. **E**t  
 ibi no. q̄ si aliqua necessaria interroga  
 tio fuerit obmissa post publicationē ac  
 testationū p̄nit̄a iudice. vt itez inter  
 roget vt q̄ obmissum est recuperetur.

**I**dem **G**uil. in spe. §. nunc videndum  
 in si. **E**t ista interrogatoria vel copia de  
 ipsis nō debent dari parti aduersē pdu  
 centi testes p̄pter subordinatōnis timo  
 rē. q̄ eis habitis posset instruere testes  
 vt p̄corditer ad interrogatoria respōde  
 ret. ne posset falsitas deprehendi. **E**t sic  
 p̄ hoc tolleret̄ efficacia interrogatoriorū  
 que ad hoc sunt inuenta. vt falsitas faci  
 lius deprehendat̄. sed dan̄t iudici qui  
 debet illa moderare sup̄flua et inuilia re  
 secare. **S**i autem nō facit nec pars dat  
 interrogatoria. tūc iudex faciet ista que  
 habent in. c. causam. de testi. **E**t cōsult  
**H**ostii. q̄ potius fiant sup̄flua q̄ aliq̄  
 necessariū obmittat̄. **E**x duabo causis.  
**P**rima q̄ si factum est interrogatoriū  
 et obmittit̄ negligenter necessariū seu  
 dolose. sup̄plebit̄ seu repet̄t nō obstat̄  
 publicatione vt supra dictum est. **S**ec  
 unda causa. quia forte iudex ex officio  
 plura resecabit vt resecaret q̄ expediret  
**I**ta no. in. c. presentium. de testi. li. vi.  
 super glo. interrogatoria. **F**actis res  
 sponsionibus ad positiones si p̄ eas re  
 confitetur positiones releuatur p̄ talem  
 confessionē actor a probatione. **E**t tūc  
 non restat nisi confessum condemnare.  
**Q**uia non sunt partes iudicis ad confi  
 tentem nisi vt pronūciet. de trasac. p̄f  
 terea. **A**duertat tamen diligenter actor  
 an omnes suas positiones sit reus con  
 fessus. **S**i ergo aliquas positiones est  
 confessus. videat an per cōfessatōes ei⁹  
 intentio fundata sit vel probata. **E**t tunc  
 sententia postulat ipse actor. **E**t prom  
 ptiores sunt negatōnes in iudicijs per  
 quas oportet ponentem onus probādī  
 subire. **U**nde si re⁹ omnes vel aliquas  
 positiones negauerit. tunc habet actor  
 suam intentionē probare. ff. de proba.  
 l. ei qui. vi. q. vltima. accusator. **A**ctor  
 ergo tunc petat sibi terminū dari ad p̄

bandum. Et iudex statuet sibi terminuz  
 ppetentem pro prima dilatione, qz da  
 re debet tres dilaciones. de testi. vltra ter  
 cia no. de vila. c. ij. Vel fm alios statui  
 at terminu vnum p omnib dilacionibz  
 vtz pro prima secuda z tercia dilacione  
**P**rimu tamen seruatir. de quo in spe.  
 de proba. in prin. z no. in alle. ca. ij. de  
 dilatio. plenius in ca. in causis. de testi.  
 in glo. finita tamē dilatione prima iu  
 dex non dabit secundā nisi ex iusta cau  
 sa. Unde vt ibi dic. Inno. secunda z  
 tercia dilatio dabitir quāto petens illā  
 ostendit se impeditum in prima. Quā  
 tum autē temporis spaciū continere de  
 beant iste dilaciones. habetur in. s. spaci  
 um. ij. q. ij. no. ple. p. Jo. an. in c. vlt  
 tra terciam de testi. in. cōmento. Actor  
 ergo qui vult pducere testes faciat eos  
 per iudicem vocari. quia testis sine voca  
 tione se ingerens ex hoc quodāmodo se  
 suspectum reddit. vt. C. de testi. autem  
 rogati. Et faciat citari aduersarium vt  
 videat eos iurare alias receptio testiu  
 p absentē si vocatū scā n̄ valet. vt in c. ij  
 de testi. Iudices autem raro per se reci  
 piunt testes. vel eos examinant. s; alijs  
 cōmittit de b. p̄q̄rē host. vt scribit Jo.  
 an. in ca. presentiū. de testi. li. vi. super  
 glo. interrogatoria. de quo etiā in spe. d̄  
 teste. s. nunc tractandū. v. licet autem  
 dixerim Nam in probationibz p̄cedet to  
 ta vis cause. Unde deberent iudices po  
 tius pmittere alia q̄ testium examinati  
 nem facit. xlij. dist. quiescamus. sed est  
 onerosum eis isto de facili per eos com  
 mittitur. Si tamen vtiqz cōmittere vel  
 lent deberent non notarijs vel alijs sim  
 plicibz sed ydoneis discretis z honestis  
 delegare de testi. si qui testiu. d̄ testi. co.  
 gē. c. i. de consan. z affini. capi. primo.  
**Q**uia tamen quātoqz testes tales sūt  
 q̄ non possunt vel non tenentur ad iudic

cem venire pro testimonio ferendo. sed  
 iudex ad eos ire vel mittere debet prop  
 ter priuilegium z impotentiam ipsoru  
 testium. videlicet si testes sunt egregie  
 persone vel mulieres aut senes seu imo  
 ni. Vel qui producit est pauper z c. de q̄  
 in capitulo Si qui testium. de testi. Et  
 ibi de hoc dantur versus. Unde tunc est  
 iusta causa committendi alijs receptio  
 nem testium z examinationem. vt ibi no  
 ta de test. cum causam Prius tamen q̄  
 scribat iudex seu committat recipiat cau  
 tionem ab eo contra quem producūt  
 testes. vel committat vt vadat infra ter  
 minum competentem ad videndum iu  
 rare testes vt dicit Guil. in spe. de teste  
 s. Qualiter. xer. sunt testes. De hoc ta  
 men est dicendum vt no. in capitulo cō  
 stitutijs de fideiul. in glo. ante penul. z  
 super ea. z in capitulo statutu. de rescri  
 pt. in glo. penul. li. sexto. Et fit cōmissi  
 o sub hac forma.

**Forma commissionis iudicis testi.**

**R. decanus z cete.**

Iudex cause z partiu infra scriptaz a  
 sede apostolica delegatus. vel archidoy  
 aconus. vel officialis. z c. tali notario  
 publico vel alteri cui committit salutē  
 in domino. Quia talis actor in causa  
 quam tali reo mouet in iudicio coram  
 nobis ad intentionem eius fundandaz  
 nonnullos intendit producere testes.  
 quorum receptiōni z examinationi per  
 sonaliter interesse non valemus. Idcir  
 co de vestra legalitate z discretioē plu  
 rum confisi vobis committimus z  
 mandamus quatinus testes quos idem  
 actor vel eius procurator vobis duxerit  
 nominādos ad vestrā p̄ntiā puocetis  
 receptoqz fm formā iur. z iudicij morē

ab eis primitus iuramento super intentione et articulis presentibus inclusis et vobis pro parte actoris exhibendis et secundum interrogatoria partis alterius si vobis dabantur cogatis eisdem veritati testimonium prohibere. attestaciones in publicā formā redactas sigillo vestro clausas fideliter et secretae inclusas per nuncium fidelem et idoneum nobis in talē diē remittatis. **Uel** sic talis iudex etc. **Salutē** in domino noueritis quod in causa que inter talem ex vna et talem parte ex altera vertitur in iudicio coram nobis. partes hie inde nonnullos volentes producere testes per fundanda sua intentione: quos coram nobis difficile foret producere et partibus onerosum. **I**deco discretionē vestre committimus ac firmiter et districte precipiendo mandamus. quod testes quos per vtraque producere curauerit coram vobis infra spacium unius mensis vel talem diem legaliter recipere ac eos super articulis a partibus binde in causa huiusmodi datis et secundum interrogatoria partium que vobis vna cum presentibus transmittimus secundum datā a deo vobis prudentiam diligenter examinare curetis seruata forma debita et consueta. **D**epositiones ipsorum testium cum articulis et interrogatorijs predictis ac toto processu: que super hoc coram vobis habere contingit sub sigillo vestro fideliter inclusis. nobis quā totius poteritis remittere studeatis. **A**liquādo etiā componit forma cōmissionis de recipiendis testibus reprobato rijs clara sub ista forma. **S**i forte altera partium testes super reprobatione huiusmodi producēdos infra. xv. dies post dictum mensem immediate sequentes fideliter admittere et examinare solcite studeatis. **A**liquādo etiā additur clausula vicij significantes nobis quāta fides possit ipsis testibus adhiberi. **I**sta clau-

sula habetur de fide iur. p̄missis in fine ibi de hoc. de quo etiā no. in ca. qm̄ cōtra. de proba. **D**e ista cōmissione seu remissione et eius forma vide in ca. presertium de testi. li. vi. vbi papa facit remissionem ad partes pro testibus producendis et de receptione testium an possit ulterius committere habetur de re iudi. cū bertoldus. et in cle. iudices. de offi. dele. p̄t etiā iudex hoc officium committere tabellioni seu notario cause. et sic exercebitur quod officium. s. receptoris testium et scriptoris et ita tenet Innoc. in c. qm̄ contra de proba. **E**t hoc etiā habet generalis consuetudo et dicit ibi hosti. quod sanum est consilium quod de cōmissione iudicis tabellioni facta fides fiat non per ipsum tabellionem cui facta est cōmissio quia ei in hoc non creditur. sed per instrumentū alterius tabellionis vel lēas autentico sigillo sigillatas. **C**um ergo pars producit testes suos coram iudice vel eo cui hoc est commissum debent testes iurare dicere veritatē quia sine iuramento dictis eorum non creditur quantūcumque sint religiosi nisi iuramentū eis a partibus remittatur vt in ca. nuper. et in c. de testi. de quo etiā in spe. de testi. §. sequitur. **F**orma autē iuramenti testium habet de testi. fraternitatis in vlt. glo. quia iurabunt quod dicant totam veritatem iudici. vel cui commiserit quā nouerint de ista causa seu re. super qua iurant **I**tem quod nullā interferant falsitatem. **I**tem quod per vtraque parte dicant iudici omnē veritatē sine sine interrogati sine non. **I**tem quod nec precio nec amore vel odio seu pro aliquo cōmodo testimonium dicant. **E**t de facto additur sextum. s. quod secretū teneant dictū suum vel quod ad publicationem. **D**e quo etiā in spe. de testi. §. sequitur. **E**t debent iurare tactis euangelijs. vt in. iij. questi. no. na. hortamur. **I**n hoc si non appet testem

retigisse illud euangelium presumat  
tractat Jo. an. in addi. spe. in. s. proxi.  
alle. super v. et nota. Quando autem de  
bet probari consanguinitas ad dirimē  
dum matrimoniū est specialis forma iu  
randi vel iuramenti testium. de quo in c. li  
cet. ex qua dā de testi. pars autē contra  
quā testes pducuntur sit presens in pro  
ductione testium. Et videat personas te  
stium quales sint. an sint tales qui non  
pnt testificari et faciat protestationem qd di  
cere velit in personas testium. alias post  
publicationē attestatiōnū non pōt nisi i  
duobus casibus. s. nisi iuret qd hoc ex ma  
licia non pcedat. vel non ostendat se p  
publicationem ea vidicisse que obijcit  
in personas vt in c. pñtium de testi. lib.  
vi. Et debet fieri protestatio ista tpe pduc  
tionis testium. vt in c. ex parte a de e. n. m.  
Tamen ista protestatiōne facta si testes  
aliud dixerint pro protestante eis de faci  
li non crederet. vt in alle. c. presentium  
in fi. Qualiter tamen hoc intelligatur  
ibi no. et ista omnia puta testium recep  
tionē eoz iuramenta et pñs protestatiō  
nem Tabellio scribat in actis de pba.  
qm̄ ptra. et erit ista forma

**Forma actuum in actis signandoz**

## **H**no tali die

tali. talis actor vel talis ipsius  
proci. coram tali iudice vel tali cōmissa  
rio comput. et A. B. C. testes ibidem  
ppentes produxit. petens eos p predic  
tum dñm iudicem seu cōmissariuz reci  
pi et admitti. Et aduerso talis reus vel  
talis ipsius. p. cu. ibidē compens. ptesta  
bam et expresse qd in personas testium hu  
iusmodi dicere vellet et obijcere seu p  
depositionis aperturā reprobare. Pre  
dictus ergo dñs iudex vel cōmissarius  
testes pnomiatos recepit qui omnes

et singuli tactis euangelijs solitū prestid  
terunt iuramentū. Tandem iudex vel  
cōmissarius procedēdo ad examinatio  
nem testium vocabit ad se testes et singu  
los secrete et sigillatim examinabit exē  
plo danielis qui falsos sacerdotes con  
tra susannā inductos secrete examinauit  
vt habet Dan. xij. Et no. de testi. c. ij  
in glo. non est ita. ibi de hoc. Et dicet ei  
amicē falsidicus testis tribus personis  
est obnoxius. s. deo cuius presentia euz  
fit vbiqz contemnit. Item iudici quem  
mentiendo fallit. Itē pñ innocenti quā  
falso testimonio ledit. de crimie falsi c.  
i. Et qm̄ testis qui veritatem occultat et  
qui mendacium dicit est reus quia pri  
mus prodesse non vult. secundū nocere  
testi dicit. xi. q. iij. quisquis. Unde cū iu  
raueris dicere veritatem p id iuramentū  
obsecro te vt animā tuam salues. et qd  
scis de tali negotio plene dicas. Dein  
de pponat sibi qualiter inter talem et ta  
lem causa vertitur sup tali re vel debito  
et. Deinde legat et exponat sibi primū  
articulū et super illo testez interroget an  
sciat eum esse verū et si testis dicit eū esse  
verum: querat ab eo d causa scientie ex  
qua causa sciat eum esse verū et fm̄ alia in  
terrogatoria que data sunt circa istū ar  
ticulum eum diligenter interroget et si  
sigillatim. Deinde facta interrogatiōe d  
his que in primo articulo pñent et de  
interrogatorijs circa eū datis et factis d  
positionibus et responsionib⁹ p testez ad  
ea. Tunc descendat examinatio ad secu  
dum articulū tandem et tertium et sic de  
alijs. Adhibeat tamen cautelam si visū  
fuerit expedire qd primo queret a teste i  
genere quid sciat de tali causa que ver  
tē inter tales et. Anteqz aliquem arti  
culum sibi prelegat. vel quandoqz pño  
interroget de primo vel de medijs arti  
culis. Istam preposterationem seruan

do ut p hoc facilius apprehendere vale  
at an testis sit subordinatus seu instruct  
tus vel non. nec suadeat ei neq ipm in  
ducatur ut aliquid certū dicat. lz querat  
in genere. nec etiam inducat eum ad vi  
rendum se scire qd credit vel econverso  
de quo in spe. de test. §. nunc tractandū.  
Hanc autem cautelā z sequentia notari  
us scribat isto mō.

forma depositionū in actis signātoz

**H**omo die  
mensis talis  
bus talis testis iuratus super  
primo articulo qui sic incipit. Item po  
nit zc. sibi lecto diligenter z expoito ex  
aminatus dixit se articulos ignorare vel  
dixit vera esse que in ipso continentur.  
Interrogatus de causa sciētie seu quō  
sciret. respondit qd interfuit z ita fieri vidit z  
audiuit. Interrogatus de tempe zc. lz  
qd interrogatoria data fuerunt. respondit qd  
anno tali die tali zc. Item sup secundo  
articulo qui sic incipit. Item zc. sibi le  
cto z expoito clare dixit. z sic de alijs ar  
ticulis. Et queratur de causis z circum  
stancijs fm formam interrogandū. circa  
quē libz arti. datoꝝ z responsiones ipiꝝ  
testis qualescūqz fuerint redigant i scri  
ptis. ut in forma supra sicut a teste pro  
feruntur nihil mutando vel detrabendo  
z diligenter vulgare interpretet in lati  
num. nec scribat testes dixisse credoꝝ ubi  
dixit scio vel econtra. Nam taliter possz  
dictū testis redigere in scriptis. qd auferet  
iuramentū. z sic se sibi ad restitutio  
nez seu satisfactioē obligabit. Caveat  
et ne scribat: talis testis dixit per omnia si  
cut talis primus vel secundus. sed cuius  
libet testis dictū per se in scriptis in inte  
grum redigat. ut no. de verb. sig. nihil  
obstat. de quo ibi plene. Et aduertendū  
qd ubi super articulo principali testis dei  
posuit. Examinator seu tabellio non det

uti his verbis vicz talis testis requisit?  
vel interrogatus sup articulo tali respō  
dit zc. Sed dicat seu scribat. Talis iu  
ratus qd sup articulo tali sic dixit. Sed  
si d causa sciētie vel de circumstancijs  
extra articulum principalē querit. tunc  
bis verbis tabellio vntur scribendo. Ta  
lis interrogatus vel requisitus quō. scit  
ret vel de tpe seu loco zc. respondit zc. d  
quo in spe. de test. §. nunc tractandū. v.  
aduerte diligenter. Quō etiā in testiu  
examinatione quedā consideranda sūt  
circa examinatore testiu vicz qd sit pru  
dens. expms. diligens z attentus. fide  
lis z cautus. prudenter z discrete atten  
dendo verba. qualitatem z vultū ipsius  
testis. Quedam circa ipsos testes vicz  
an sint inimici vel infames. Et quedam  
circa dicta testiu videlicet an de positiōis  
causam reddat. ponit guil. in spe. in ti  
tu. de testi. §. nunc tractandū. in ver. ut  
autē hoc plenius. Debet ergo examina  
tor iudex vel commissarius attendere. an  
testis vacillat vel titubat. seu cū trepida  
tione vel inconstātia loquatur. Et si va  
cillat debet hoc scribi in actibz p tabellio  
nem. Sed an tabellio hoc debeat scribe  
re ad preceptū iudicis examinantis. Et  
am li tabellio nihil de titubandō vel va  
cillatione perpendat nota de proba. qm  
contra. z in spe. de testi. §. nunc tractan  
dum. v. considerare debz. z sequenti. z  
dicitur ibi qd sic triplici ratiōe. Prima  
quia iudex habet auctoritatē in recipiē  
do z examinando testes. sed tabellio so  
lum in scribendo. Secūda quia iudex su  
perior est vnde sibi magis est credēdum  
Tercia quia tabellio intentus circa scri  
pturam. nō potest ita attendere circa va  
cillationez testiu z titubationem pallo  
rem vel mutationem faciei ipsius testis  
sicut iudex. qui semper potest oculos ad  
testem habere. vō sibi magis est credēdū

dum **P**otest tamen tabellio saluato co-  
 scientiam sic scribere hoc casu. **E**t iudex  
 mihi tabellioni sic dixit vt scriberem qd  
 testis vacillabat. sed scriptura esset effi-  
 catioz si adderet tabellio. et sic mihi vi-  
 debatur qd vacillaret dummodo temerita-  
 tas sic se habet. **D**ebent etiam quantum  
 possunt cum veritate exprimere scz vacil-  
 lationis modum scz talis testis vacilla-  
 to siue tremendo vel trepidando vel su-  
 dando pre nimio timore loquebatur vl  
 pallidus efficiebatur vel huiusmodi.  
**E**t debet hoc scribere teste recedente vel  
 ignorante incontinenti. **T**amen ex quo  
 testis exiit nisi iudex vellet posset teste  
 ex hoc punire. de quo no. in alle. c. quod  
 niam contra te proba. per **J**no. et **D**o-  
 sti. et in spe. ver. proxi. alle. supra. **P**er  
 qd autem testes recepti sunt et examinati  
 si hoc factum est per alium ex commissio-  
 sione iudicis. **I**pse redactis attestati-  
 bus in scriptis. ipsas attestaciones cum  
 articulis et interrogatorijs ac alijs coram  
 eo super hoc actis iudici remittat sic scri-  
 bendo.

**F**orma comissionis examinatoris te-  
 stium.

**H**onorabili vi-  
 ro domino **R.** iudici vel offi.  
 et. **S**alutem in dno et mandatum vestrum  
 iniunctum pne suscipiendo et exequendo  
 affectu. **T**estes quos talis in causa tali  
 coram me producere voluit vel testes mi-  
 hi per talem nominatos citavi et ab eis  
 per talem actorem vel eius procuratorem  
 in pntia talis rei vel talis ipsius procu-  
 ratoris vel in penam contumacie rei per  
 me ad hoc citati et non competentis pdu-  
 ctis **J**uramentum iuxta morem quod ipsi  
 omnes et singuli tactis sanctis euangel-  
 ijs presiterunt recepi. **I**psoz sup arti-

culis actoris et fin interrogatoria ipsi  
 us rei mihi transmissa cum diligentia qd  
 potui examinare curavi. que et de posicio-  
 nes per talem notarium publicum in scrip-  
 tis redactis sub sigilli mei impressione.  
 inclusas vna cum articulis interrogato-  
 rijs citationibus protestationibus testi-  
 um iurament. et alijs coram me in negotio  
 huiusmodi actis factis et pductis per lato-  
 rem presentium: que ad hoc de vtriusqz  
 partis consensu tanqz ydoneuz et fidele  
 duxi a sumendum vobis remitto. **A**liqui-  
 do additur ista clausula. **E**t partibus ta-  
 lem terminum in quo se coram vobis re-  
 presentare per se vel procuratorem tene-  
 antur assignavi. **E**t qd in forma dicit de  
 testum iuramentis **I**deo posui quia iu-  
 ramenta huiusmodi sunt in acti. scriben-  
 da. vt tactum est supra **U**nde no suffice-  
 ret poni in attestatiombus sic talis testis  
 iurans dixit. et qd assertio ista seu nar-  
 ratio est de preterito nec per ea apparz  
 presentia iudicis vel pns contra quam  
 nec dies pnti iuramenti de quibz oibz  
 constare debz. de testi. c. ij. de pba. quod  
 ma contra. **I**ta dicit **J**o. an. in addi. spe.  
 de testi. §. sequitur. **S**i tamen scriptum  
 inuenitur in actis testium coram iudice  
 iurasse partibus presentibus. bene pre-  
 sumitur iurasse vt debuit scz cum tacti-  
 ra euangelioz vt etiam dixi supra. et ple-  
 ne per **J**o. an. in loco allegu. **E**t debz te-  
 stis recipi et venire expensis producen-  
 tis vt in ca. statutu. §. penul. et relcri-  
 li. vi. **N**ec pars alia pro eo qd dat inter-  
 rogatoria tenetur aliquid ad expensas te-  
 stium ministrare anteqz iter arripiat pro-  
 eundo. et. **E**t quomodo no habetur ra-  
 tio illarum expensarum: quas testis do-  
 mi facturus erat. et quomodo soluet eti-  
 am expensas pro prefectura equoz si co-  
 ditio persone testis hoc requirat. etiam  
 si testis suu proprium equum duceret.

tractat Jo. an. in addi. spe. de teste in. §. qualiter. Etz autem valeat depositio testis facta post terminū datum ad pducendum et ad recipiendum testes seu pbā dū no. in spe. §. pri. alle. v. Is quoqz cui. Et ibi late per Jo. an. in addi. cui finali ter placet distincio. **E** ibi posita in primo et secundo membro. taluo eo qd no. in spe. de dila. §. i. v. illud quoqz in fi. Postqz sic producti et examinati sunt testes si hoc factū est in prima dilatione et sufficiens facta est pductio pcedet ad publicationē attestatiōnum. **S**i non est sufficiens et producens petat secundam vel tertiam dilatio. **S**i iusta causa subest dabitur cum cause cognitione secunda vel tertia vt supra dictū est. et no. de dila. c. ij. de test. in causis cū similibus. **Q**uarta dilatio nō dabitur nisi cū quadam solēnitate legali. de quo et qualis sit illa solēnitas. habet in ca. vltra tertiam de testi. et ibi plene. **T**estibz sic productis et examinatis partes renunciānt testiū productioni. et postulant attestatiōnes publicari. vel saltem pars pducens id petit. **J**udex ergo volens attestatiōnem publicare vocabit partes. quia eis absentibus et non vocatis non debet aperire. de re iud. cum ita. et maxime vocare hz illuz contra quē sunt pducti. vt si velit possit aliquid in apitōne ptestari partibus sic vocatis et pñibus. **E**l altera per contumaciā adfente. pcedit iudex ad publicationē isto mō. quia precipiet nota. qz legat coram se et partibus publice in iudicio dicta testiū vel ipsemet legat. et si sunt multe vel plure sufficit legere vnā p omnibz. **Q**uo facto iudex dicit. **I**ste sunt attestatiōnes in tali causa habeatis eas p publicatis. vel ea pro publicato. de quo in spe. de teste. §. lans vñlter in prin. **D**icit tamen ibi Jo. an. in addi. de facto seruari qz le

git aliquid de vna attestatiōe in prin. et de vna in progressu et de vna in fi. **S**atis tamen est iudicem pronuciare istas pro publicatis haberi. et ita p muniter in istis partibus seruat. **E**t omnia ista p tabellionem rediguntur in actis hoc modo.

**F**orma actuum in actis signantoz.

**H**icno die men

serc. **T**alis actor vel talis ipsius procurator ex vna. et talis reus vel eius tal procurator pte ex altera ad publicā dūm et publicari videndū et audiendū dicta testiū pro parte dicti actoris p ductoris citati cōparuerunt coram predicto domino iudice sedēte pro tribunali et testibus producendis renunciāuerunt ac dicta testiū predictoz publicari p senserunt et expresse postularunt. ac ipsarum copiam sibi fieri. et decerni attestatiōne huiōi petierunt. **P**redictus autē reus terminū ad dicendū contra personas et dicta testiū competentē sibi petiit assignari. **P**refatus ergo dñs iudex attestatiōne huiōi per ptem talem ipsaz attestatiōnū publice corā se legere fecit. **Q**uo facto ipsas attestatiōnes voluit fecit p nunciari et p apertis et publicatis haberi. et copiam de ipsis pñibus vel earū pcuratoribz hoc petētibz fieri et dari decreuit. **E**t tali reo vel eius procuratori talē diem ad dicendū et obijciendū i psonas vel ad dicta testiū pro termino assignauit. vel sic breuiter.

**C**onfimilis forma.

**H**ecce et publi

cate sunt he attestatiōnes in p sentia priū vel eaz procu. consentientū et publicatiōem fieri petentū vel in pñtia talis actoris seu sui procuratoris publicatiōez fieri postulat. i penā pñfacie tal

rei ad hoc citati & minime comparentis  
 Anno tali die tali &c. excipietur contra  
 dicta & personas testium &c. In renunciati  
 one tamen habeatur cautela scilicet quod fiat renun  
 ciancio solum productioni testium non  
 probationi in genere. quia tunc non possent  
 produci instrumenta que alias produci pos  
 sunt usque ad conclusionem cause. de fi. in  
 stru. cum dilectus filius. Item quod vna p  
 tium non renunciaret nisi & alia tinnuat  
 de quo in spe. de testi. §. ult. ver. Item no  
 tandum. & ver. fi. per abbatem de testi. in  
 c. de teste. Quia alias pars que non renun  
 cianciasset posset producere testes ante  
 publicationem. Et talis renunciatio adiu  
 mit facultatem producendi testes alteri p  
 ti sup eodem articulo. de quo plene in ca.  
 cum venisset. de testi. Attestationibus pub  
 licatis solet super eis disputari. ut dicitur  
 in ca. in causis de testi. Testes etiam con  
 suenerunt quibus reprobari & si an liceat  
 vel an post publicationem habeatur in c. p  
 sentium de testi. li. vi. Impugnant autem  
 ut etiam alias dixi probandos facte per  
 testes ratione personarum & etiam ratione dictorum  
 ipsorum testium. Videamus de prima ra  
 tione personarum repellunt testes seu re  
 probantur aliqui propter crimen. aliquan  
 do propter suspicionem. quoad hoc propter  
 defectum. propter crimine. ut quia est latro  
 fur. raptor. periturus. infamis vel alias  
 criminofus. de testi. testimonium. & ca. si  
 cut nobis cum similibus. Et si propter suspi  
 tionem. ut quia est pater consanguineus  
 vel socius vel familiaris affinis comitum  
 vasallus libertus venditor fideiussores  
 qui eum producit. de quo. iij. q. iij. §.  
 Item testium. de testi. Insuper & c. nu  
 cius. & ca. in lris. & plene in spe. de te  
 ste. §. i. propter defectum potest poni exem  
 plum de impubere. de quo in spe. de te  
 ste. §. i. versu. Item excipitur quod impubes  
 vel furiosus vel iudeus. de testi. Iudei

& c. licet. Et generaliter requirunt in te  
 stibus. vij. que his versibus continentur  
 Cōditio sexus. etas discretio fama. Et  
 fortuna in testibus illa requiritur. Illos  
 versus ponit glo. in c. ij. de testi. in glo.  
 ij. & ibi super glo. ad singula ista dantur  
 concordantie. Iudex ergo facta publi  
 catione assignabit terminum infra quem  
 recipiant copiam attestatorum. quia co  
 piam facere tenetur iudex de proba. q.  
 niam extra. Et originalia debet iudex vel  
 tabellio apud se retinere. ut ibi no. De  
 inde habita copia per partes iudex dabit  
 alium terminum reo infra quem & testes  
 si potest repellat. & post istum terminum  
 non audietur de proba. licet. de quo etiam  
 in spe. de teste. §. penul. Quoad hoc  
 tamen ante publicationem attestatorum  
 testes reprobanter & repelluntur. de quo  
 videlicet an exceptio contra testes pro  
 ni debeat & probari ante publicationem  
 attestatorum vel an post fieri possit mag  
 na est diversitas inter doctores & diversae  
 sunt opiniones. Tenetur tamen con  
 clusivae quod exceptio legitima que opposi  
 tur contra testes supra principio sit recipi  
 enda. & iudex non recipiendo gravaret  
 & sic locus esset appellationi. Sed reci  
 pere statim probationes supra tali excep  
 tione vel hoc differre post publicationem est  
 in arbitrio iudicis. Ab isto excipiuntur  
 tres casus. de quibus in ca. ex parte ad  
 de testi. in glo. huiusmodi & super eas.  
 Et iudex in tali arbitrato debet aduer  
 tere ad plura. videlicet an illud de quo exci  
 pitur habeat eandem equitatem cum predictis  
 casibus exceptis ut sic ex eadem equitate p  
 probationes prius recipiat. Item an sit pub  
 licum quod excipit. Item an habeant probatio  
 nes. Item an sit presumptio contra accipie  
 tem quod faciat hanc causam differendi & secundum  
 huiusmodi & alias diversas circumstantias facti  
 videbit iudex an expediat potest excipere

testes reprobatozios vel non in dubio differatur reprobatio. de quo plene i. c. ex parte. supra alle. Et ibi per Jo. an. super predicta glo. et ita e. i. arbitrio rei opponere exceptionem contra testes a principio vel illam differre i. tempus disputationum dummodo de hoc ante protestetur iuxta dispositionem c. presentium de testi. Sed in arbitrio iudicis regulariter est probationes super huiusmodi exceptiones statim recipere et ipsas discuti et tempus predictum differre. dummodo attentis facti circumstantiis bene arbitratum sit dictum est. Et dicitur regulariter quia in tribus casibus probandos statim admittuntur. ut supra patet. Et si ad reprobationem testium probatorioziorum inducantur testes reprobatoziosi isti testes reprobatoziosi possunt per alios testes reprobati. sed ulterius non admittatur reprobatio ut est casus in c. licet. iij. de testi. de hoc dantur versus. In testem testis et in hunc sed non dantur ultra. Et in exceptione de testes qui reprobantur per textum criminis de fieri specificato crimine de persona cuiuslibet testis. ut in ca. presentium de testi. l. vi. Exceptio tamen bene recipitur sine tali specificatione. et tunc debet fieri specificatio ante testium receptionem. ut ibi no. super glo. notabili de qua autem specificatione intelligatur notatur ibidem in glo. non officia supra. forma exceptio.

**Forma vero**

exceptionis contra testes et personas testium erit ista. Excipiendo contra testes per talem productos coram vobis honorabili domino iudice, etc. i. causa que inter eundem actorem ex una et talez rem parte ex altera super tali revel obito venatur pro cu. procuratorio nomine per dicti. N. rei proponit. et dicit quod testes

huiusmodi ad testimonium contra ipsorum reum non sunt admittendi. sed a testificandi officio seu actu excludendi et repellendi. vel dicit quod testes tales A. B. C. intra ordinem vel numerum testium admittendi non sunt vel computandi nec eis nec eorum dicitis dari debet fides vel adhiberi. nec dicta eorum in aliquo sunt sequenda. sed tanquam morbosa et infecta reprobanda et relinquenda. ex eo et pro eo quod talis testis fuerit tpe depositionis perit. Nam alias in causa tali coram tali iudice adductis in testem de iuravit vel de peritio est convictus. Item quod talis testis erat tempore depositionis adulter. et de hoc confessus vel condemnatus. vel adhuc potest probari ut de testi. super eo. Item testis talis preiudicatus corruptus falsum testimonium dixit in huiusmodi causa. nam cum deposuerit me tali die contra xisse et foris. ego fui eodem die in oguntie. Item talis et talis sunt levis opinionis et suscepte vite et tales quorum dicitis dari vel fides adhiberi in iudicio vel extra non consuevit. Quare penes huiusmodi exceptiones admitti. et probationes super eis recipi. ac ipsis probati legitime pro parte sua sententiam absolutariam ferri. Utrum autem iufficiat obijcere et probare quod testes corrupti fuerint vel an cum hoc exigatur probatio falsitatis dicitur ipsius testis no. in ca. licet de proba. et in ca. sicut nobis de testi. Nam si excipitur ante sententiam sufficit probare corruptionem cum per hoc prohibetur criminosis. Et idem post sententiam in causa appellatiois vel alias i. casu ubi sententia non habet effectum rei iudicate. ut no. in dicto ca. sicut nobis. Sed ubi sententia transiit in rem iudicatam tunc oportet addi de falsitate et etiam probari. immo tunc etiam addi debet quod iudex in sententiando fuit dicta testium coram

ruptionem cum per hoc prohibentur crimi-  
 nosi. Et idem post finiam in causa appellati-  
 onis vel alia in casu ubi finia non habet  
 effectum rei iudicate, ut no. in dicto. c.  
 sicut nobis. Sed ubi finia transiit in re  
 iudicatam tunc oportet addi de falsitate  
 et etiam probari. imo tunc etiam addi debet  
 quod iudex in sententia dicitur fuisse dicta testium  
 corruptorum secutus per iura que alle. in  
 dicto. c. licet. in. ij. glosa. Et ibi ex tex.  
 abba. collegit sex exceptiones contra testes  
 Prima de contradictione. secunda de sin-  
 gularitate. tertia de mala fama. quarta  
 de leui opinione. quinta de falsitate. sex-  
 ta de corruptione. Iste in exceptiones  
 non omnes directe sunt contra personas  
 testium: sed aliquae respiciunt dicta testium.  
 Et autem testis puniatur propter crimen  
 sic in modum exceptionis. ut a testimonio  
 repellatur probatum contra eum legitur et  
 no. de ordi. cog. ca. ij. Et ita habemus  
 quomodo probationes per testes reprobantur  
 ratione personarum. Videamus ergo nunc quomodo  
 dicta testium reprobantur et impugnantur  
 quod nisi excipiantur attestaciones que etiam  
 alia non valent. possent per consensum  
 partium etiam tacite ratificari. de quo  
 no. de testi. cum causam. sup. glo. qz. ij.  
 Unde advertendum quod habita copia ad  
 testationem advocati partium in aliquibus  
 locis paribus faciunt membra ut ipsi  
 vel iudex melius et facilius ad indagandam  
 veritatem possunt pervenire. De istis rubricis  
 qualiter sunt faciende tradit. G. in spe. de testi. i. §. publicatis. Videbitur  
 enim causidicus utriusque partis depositiones  
 testium et advertit. an articuli sint  
 plene probati vel non. Unde advocatus  
 istius qui produxit testes signet articulos  
 per crucem leam vel aliud signum. Et ubi  
 per dicta testium alicuius probatur idem  
 articulus ibi ponatur idem signum vel leam  
 eandem in margine circa eadem dicta.

Et ubi alij testes cum eo concordant fa-  
 ciat idem. ita videtur quod per pluralitatem et  
 diversitatem articulorum diversificet etiam  
 leas vel signa. ut per signorum vel learum di-  
 versitatem appareant qui articuli per que  
 dicta sunt probati. et ubi ac in quibus testes  
 concordant. Posset enim poni circa primum  
 articulum. A. circa secundum. B. circa  
 tertium. C. et sic de alijs. Et ubi per dicta  
 alicuius testis probatus est primus arti-  
 culus ibi etiam in margine ponatur. A.  
 ubi duo probati sunt secundus ponatur. B.  
 ubi tertius. C. et sic de alijs. Contra  
 advocatum rei contra quem testes produ-  
 cti sunt studere debet designare per huiusmodi  
 vel similia signa discordantias et con-  
 trarietates dictorum testium quod habeat  
 eas in parato. et ut facilius et clarius possit  
 eas ac ipsa dicta impugnare. de quo  
 plene in spe. de testi. in dicto. §. publica-  
 tis. Iste tamen rubricae seu talia signa ru-  
 brica raro sunt huiusmodi partibus. Possunt  
 tamen sic formari exceptiones contra di-  
 cta testium. Procurator procuratorio  
 nomine talis rei exceptiones contra di-  
 cta testium pretensorum productorum  
 pro parte talis actoris in causa quam mo-  
 vet tali reo predicto scilicet seyo vel nicio  
 et c. Coram vobis honorabili viro domino  
 iudice et c. proponit et dicit quod ipsa testi-  
 um dicta seu testimonia pretenso sunt  
 singularia obscura dubia incerta. et tes-  
 tes ipsi varij sunt. et in dictis suis vacil-  
 lant et negantur astruere et probare int-  
 tendunt nec causas dictorum suorum seu  
 scientie sue reddunt requisiti. vel red-  
 dunt malas insufficientes et ineptas vel  
 alias non probant ad quod probandum  
 sunt induci. sibi que in dictis suis evidē-  
 tissime contradicunt. Item dicta ipso-  
 rum nulla sunt et invalida. ex eo quod mini-  
 me iuraverunt vel deposuerunt non iura-  
 ti vel parte non presente nec citati iura-

## Exceptio

runt vel deposuerunt super non iuratis. Vel quia deposuerunt de scientia in tpe quo nondum citatus erat testis. Quare reiectis et minime attentis testium huiusmodi dicitur nullis et invalidis. petit procura tor predictas in causa concludi et se ab actoris impetratione absolui. ac ipsum actorem in litis expensis condemnari sibi. **I**sta rursus exceptio non aliique puta tres habentur in. c. cum ecclesia sutrina. de ca. pos. aliq. ex ca. licet. de proba. Item ex. c. ij. et. c. tuis. et. c. nuper. de testi. Item aliq. istarum non indigent probatione. scilicet veritas vel falsitas earum patet ex ipsis dicitis. sufficit ergo in his sola allegatio et ostensio dicatorum ut veniat probatio facta. ut in exceptione de singularitate. variatione non redditione cause contrarietate et huiusmodi. **I**n quibus autem debeant concordare non. de testi. c. ij. et. dantur de hoc versus per Inno. Res persona gradus locus hec sunt consona tempus. **I**n his variando impediunt fidem suam. Aliq. requirunt probationem puta cum opponitur de nullitate et aliquando incumbit probatio producendi testes ex causis antedictis ut qui iurati deposuerunt. vel qui posuit citata. aliquando vero parti opponenti seu excipienti incumbit probatio ut si dicatur testis corruptus vel falsum dixisse. de quo etiam per Jo. an. in addit. spe. de testi. in. s. publicanis. sepius al. **A**dvertendum quod aliquando opponitur de falsitate cum corruptione aliquando de sola corruptione. Item de falsitate aliquando directe aliquando indirecte. **F**alsitas directa raro procedit post publicationem. nisi ex culpa iudicis non facientis fieri debitam specificationem: de quo per Jo. an. in addit. spe. in loco proximi. alle. **F**alsitas indirecta potest post aperturam per testes probari. ut in cap. ex tenore. de testi. vbi de hoc. **S**icut autem falsitas

## testium

directa admittitur post aperturam propter omissionem debite specificationis articuloz. ut supra dictum est. sic et indirecta probatio falsitatis excludit post publicationem propter specificationem factam. ut ibi post Inno. scripsit Jo. an. **N**am si in articulis non declaratur locus et tempus sed testes hoc bene expresserunt. admittitur post publicationem probatio falsitatis dictorum testium indirecta. secus si in articulis tempus et locus fuissent declarata. quia tunc post aperturam volens etiam indirecte probare contrarium non audietur per cle. ij. de testi.

**S**up ista ergo probatione indirecta falsitatis dictorum testium posset sic formari exceptio:

**E**xcipiendo proponit et dicit procurator talis vel contra dicta testium talis actoris. quod testes huiusmodi falsum tulerunt testimonium. unde ad huiusmodi eorum dictum falsum ipse reus non est condemnandus. **D**ixerunt enim ipsum reum tali die in opido erfordensi. cum actore tale contractum celebrasse. **E**t ipse reus eadem die fuit in ciuitate moguntinensi. unde ipsius tunc erford. personaliter ut testes exprimentur praxisse non est possibile: quod per testes ydoneos est probare paratis. quare etc. **N**on autem supra dicitur excipiendo de contrarietate testimonii obstat quando dicta testium que videntur contraria. non possunt reduci ad concordiam. alias si fieri potest semper dicitur testium sunt concordanda propter odium periurij. **E**t per quem modum hoc fieri posset vel debeat haberi et non in capi. cum tu. et ca. nostra. de testi. et ibi in glo. **E**t quod excipitur quod non reddat aptam causam sciencie. **S**ciendum quod si testis

interrogatus est de scientie causa et eam non reddit non valet dictum eius. Et idem si reddat malam et ineptam. de test. cum causam. si non est testis interrogatus de causa tunc si data sunt per partem aliam interrogatoria. id est quod supra ut ibi non. et in. c. presennium. de testi. li. vi. Si non sunt data interrogatoria tunc dicunt alii qui quod bene valet dictum testis. de quo in dicto. c. cum causam. Dicitur tamen quidem quod iudex non querens de causa tenet partem ad interesse p. l. si q. i. c. de testi. in fi. quod restringunt alii ubi est notabilis negligentia. Quod putat Jo. an. vix in foro penitentiali si causa expressa primo nocuisset. Sed in iudiciali penitio non habet effectum. nisi ipse reus profiteretur. de quo per eum in addi. spe. de teste. §. i. Et intelligitur de causa scientie. scilicet quod sciat illud quod dicit non de causa actus istius de quo deponit. quia de illa non tenet dicere quis de ea posset interrogari de renuici. super hoc. Et istas exceptiones contra personas et dicta testium.

Tabellio scribat in actis hoc modo.

**A**nno tali. die tali. comparentibus coram tali iudice. tali actore vel tali eius procuratore ex una. et tali reo vel eius procuratore ex altera. predictus reus vel procurator eius. exceptiones contra personas et dicta testium actoris exhibuit infra scriptas. Ex aduerso ipse actor vel eius procurator copiam ipsarum per iudicem sibi decerni ac fieri et terminum competentem ad respondendum seu publicandum contra eas si sibi penetrat ei assignari postulauit. prefatus igitur iudex copiam petitam actori dandam decreuit. et diem talem ad dicendum contra exceptiones predictas sibi pro termino prefixit etc. Item excepti omnibus per tale exhibitis anno tali die

tali in presentia talis rei vel sui procuratoris dicitur seu replicabitur contra eas die tali etc. Quod autem actor per istas exceptiones rei factas contra personas vel dicta testium possit replicare. videlicet dicere testes criminis non fuisse de crimine emendatum. ergo in civili admittendum de testu Testimonium. infamem restitutum fame. de re iudi. cum. E. et A. Vel dico absentem citatum ad videndum iurare et contumacem etc. Et replicationum forma patet ex superioribus. Et plures sunt modi probationum seu species probationum. de quibus non. in. c. cum ad sedem. de testi. spo. in glo. et non. quatuor. et super ea in spe. de proba. §. videndum autem scilicet per testes. per instrumenta. per euidenciam facti. per presumptionem. per famam. per dilacionem iuramenti. Si ergo actoris intentio non est probata per testes. potest recurrere ad instrumenta si habet. et ista producere ante conclusionem cause etiam post publicationem. de fide in situ. cum dilectis. nisi datus esset terminus et lapsus a iudice ad instrumenta. sicut fit dando terminum ad producendum omnia. post quem super productione non audiretur in ista instantia. De quo igitur non. et in spe. de dila. in. §. videndum. et. quid si datus plenius in cle. sepe. de verborum signi. et eo salvo. in glo. ubi ergo. Quid autem sit instrumentum. et quot sunt species instrumentorum. et quibus instrumentis adhibeatur fides. et qualiter et que scripturae producte in iudicio impugnentur. et de alijs. hoc plene in spe. de instrum. editi. per totum. Et videat pars contra quam producitur instrumentum quod copiam eius petat. et terminum ad impugnandum illud. et in termino si poterit id impugnet. quia alias eo ipso quod pro publico instrumento fuerit productum. et aduersarius nil opponens tacuit.

Uidetur illud approbasse de off. deleg.  
gram. No. host. in. ca. qm̄ contra. de  
pba. Et ibi etiam plene no. quomodo  
instrumentum debeat redigi in actis scz  
principium et finis. Ponendo tamen  
cautionem de tenore. q̄ cesset equiuoca  
tio r̄c. vt ibi plene. Si ergo actor pba  
uit intentionē suam per testes vel instru  
menta. reus si habet pempt. exceptioez  
opponat eam. videat tamen q̄ ipsam p  
bet. qz si fundata actoris intēone reus  
opponit pemptoriam. et si in ei⁹ deficit  
probatione condēnabitur actori in ex  
pensis quas fecit postq̄ reus accepit in  
ducias. Et si soluendo non est. ad arbi  
trium iudicis punietur. Ista est p̄uisio  
de c. finem. de do. et pu. Si tamen vult  
eā incōnenti probare licet deficiat sibi  
probatio non est locus pene vt ibi no.  
Debent ergo duo cōcurrere ad hoc q̄  
excipiens patietur hanc penam. scilz q̄  
fundata sit actoris intentio. et q̄ nō in  
continenti reus assumat onus probādi  
vt ibi no. Potest ergo reus opponere  
exceptionem rei iudicate vel tractōis  
Et formas istaz habuimus supra. Vel  
potest excipere de pacto petendo. vel de  
prescrip. vel solutione debiti facta r̄c.  
sub hac forma.

**Coram vobis ho**

norabili dño iudice r̄c. p̄ponit procur  
rator procuratorio nomine talis rei ext  
cipiendo ad intentionē talis actoris pe  
rimendā seu elidendā. Et dicit q̄ ipse  
reus tom̄ū talem quaz actor ab eo ven  
dicat possedit pacifice. ante. xxx. et ultra  
p̄nue eam prescripsit bona fide. Qua  
te petit ipsum reum ab actoris impetit  
one absolui per vestram sn̄iam definiti  
uam. et eundem actorez sibi in expensis  
litis pdemnari. Vel sic in exceptione so  
lutionis ad elidendā et efficaciter peri

mendam talis actoris intentionez. p̄cul  
rator talis rei. p̄ponit et dicit excipiedo  
q̄ etiam si debitum pretensum p̄ ipsum  
actorem a predicto reo petitur. Et le  
gitime et sufficienter probatum. Ipse  
tamen reus de eodem debito pretensio  
illud sibi numerādo realit̄ et in parata  
pecunia persoluendo satisfecit. Cū autē  
solutione eius q̄ debetur omnis obliga  
tio sit sublata. Idcirco p̄dicet̄ procurator  
nomine quo supra petit r̄c. vt in prece  
denti forma. et sic de alijs exceptionibz.  
Et reus exceptionem pempt. per eum  
oppositaz probare debet. qz in excipien  
do reus fit actor. et ita in eum transfer  
onus probandi. ff. de excep. l. i. et in. l.  
exceptione. ff. de excep. saltem regulari  
ter. quia in casibus nō probabit excipi  
ens sed actor vt in exceptione non nū e  
rate pecunie vel totis. de quo etiam in  
spe. de excep. §. viso. Si tamen eā non  
probat re⁹. ex eo solo si obtinebit actor  
nisi probet intentionem suam. Et excep.  
cum venerabilis. de quo etiam in spe. de  
excep. §. viso. et id quoqz. Et diligen  
ter aduertat aduocat⁹ rei quibz verbis  
vrat̄ in concipienda exceptione. de q̄  
etiam in spe. in. §. p̄xi. alle. Et tabellio  
h̄mōi actum exceptionis pempt. oppo  
sire scribit hoc modo.

**Comparuit in iu**

dicio coram vobis tali iudice anno tali.  
die tali talis reus. vel talis suus procur  
ator. et infra scriptam obtulit pempt.  
exceptionem. Et aduerso iudice adhuc  
pro tribunali sedente talis actor vel tal  
eius procurator comparens eiusdē ex  
ceptionis copiam sibi per ipsuz dominū  
iudicem decerni et fieri petijt. ac compe  
tentem terminum ad videndum cōtra  
eam seu replicanduz assignari. Cui p̄et

dictis dominus iudex copia exceptiois  
huiusmodi decreuit. et talem diem ei sta-  
tuit ad dicendum contra eam seu repli-  
candum si voluerit. acta etc. **U**el sic.  
exhibitis his exceptionibus per talem  
reum vel tale ei procuratoris in presentia talis  
actoris vel sui procuratoris anno tali die  
tali. replicabitur die tali etc. **S**i autem  
in termino sic dato actori ad replicandum  
actor nullam proponit replicationem. quia  
forte non habet: tunc admittitur exceptio  
rei ad probandum. et dabit reus acti. de  
materia huiusmodi sue exceptionis. et illas pro-  
babit si poterit per testes vel instrumenta  
etc. **P**ostquam ut premissum est: processum  
est in causa. ut quia lis est contestata. iuratum est de  
cal. date sunt positiones et acti. et ad po-  
sitiones et responsiones facte sunt proba-  
tiones testium vel instrumentorum indu-  
cte exceptiones. opposite replicationes  
forte et duplicationes subsecute. cum pres-  
non habent quid ulterius in causa proponant  
ulterioribus proponendis renunciant et po-  
stulant in causa concludendi. **E**t ista omnia  
sunt redigenda in scriptis et in actis. de  
proba. qm. **E**t si una partium renunciet  
seu renunciare velit. et alia dicit quod adhuc  
habeat aliqua proponere. quare dicit quod  
non vult renunciare. **T**unc iudex assignat  
ibi ei terminum competentem infra quem  
proponat quicquid velit. de quo in spe. de  
renu. in prin. **E**t videtur aliquibus quod ideo  
fit renunciare et concludere. et hoc est **G**of.  
ut no. de causa pos. pastoralis. cum tex. ibi  
et in. c. qm. contra. de proba. ponit ista ut  
diversa et quod eorum quodlibet sit actus pro se.  
**E**t tenet **G**. in spe. de renu. et conclusionem  
in. d. et nota. **E**t sic potest dici quod per  
renunciationem renunciat probationibus et  
allegationibus facti. **P**er conclusionem  
inducitur renunciatio allegationum iuris  
**D**icit tamen **J**o. an. in addi. spe. in loco  
supra alle. quod in renunciationibus huiusmodi

sunt ponderanda verba et status cause et  
consuetudo fori. quia si fit renunciatio allega-  
tionibus et omnibus probationibus certum  
est quod ista renunciatio est conclusio. ut no. in  
ca. cum dilectus. de fide instru. in glo.  
ij. **E**t idem putat ipse si fit renunciatio  
allegationum iuris et facti. et hoc quando  
status cause pariter concludi. **I**dem si habet  
consuetudo fori verbum allegationis  
comprehendere ius et factum. **E**t pro illo  
solum concludi. ut tunc renunciatio alle-  
gationibus per hoc etiam intelligatur con-  
clusum. de quo etiam per modernos in  
de. sepe. de verborum sig. **P**otest ergo sic  
registrari in actis renunciatio et conclusio  
per tabelliones **A**nno tali die tali. **C**on-  
stitutis coram tali iudice partibus predi-  
ctis. puta tali actore et tali reo vel eorum  
procuratoribus. **I**psae partes in causa huiusmodi  
allegationibus ulterioribus mutuo renun-  
ciauerunt petentes concludi causa in eadem  
**I**n qua etiam quantum in eis erat conclusum  
ferunt. **U**nde iudex predictus huiusmo-  
di renunciationem admittendo in ipsa  
causa cum eisdem partibus seu eorum  
procuratoribus ut prefertur concluden-  
tibus et concludi volentibus et petenti-  
bus conclusit et habere voluit pro con-  
cluso. acta etc. **F**acta conclusione in cau-  
sa amplius probationi non est locus etiam  
per instrumenta. ut in dicto. c. cum dile-  
ctus. de fide instrum. **I**udex tamen ex  
officio interrogare potest post conclusi-  
onem de facto si aliquid dubitatis oc-  
currit. ut in. c. cum glo. eo. ti. **S**ed hoc  
iudex non faciat ad petitionem partis.  
ut ibi no. et in. c. in presentia. de proba.  
in fine. glo. iiii. et in. c. per tuas. de test.  
**Q**uomodo autem fiant allegationes  
iuris. tractat. **G**uil. in spe. de dispu. et  
alle. per totum. **E**t sic sumus expediendi  
secunda parte principali ordinis iudici-  
arij.

**E**d antequā

veniamus ad terciā partē, scilicet de iuris et illis que eam sequuntur, quod aliquādo aliqua emergunt in lite seu causa super quibus iudex habet interloqui. Nam licet super incidēti nō sit necesse pronuciare. Tamen super emergenti est pronuciandum, ut no. d. ordi. cog. c. i. et quid sit incidēs vel emergēs ibi no. Et ideo de interlocutorijs videamus. Et que sit sententia interlocutoria, no. in cle. unica. de sequestra. pos. i. v. glo. et vide no. in. c. i. de app. li. vi. Super exceptione ergo dilatoria, videtur an libellus sit offerendus vel non, vel an sit ei respondendum, vel an causa sit coram ipso iudice tractanda vel non, vel utrum excommunicationis exceptio contra actorem opposita sit, probata vel non, vel utrum dilatio petita sit concedenda vel nō. Et de similibus exceptionibus, iudex pronuciet interloquendo sub hac forma.

**R. decanus etc.**

Cum in cā tali que inter talem actorem ex una, et talem reum parte ex altera, de et super re vel debito tali, in iudicio coram nobis dicitur pro parte dicti rei oblata fuit exceptio talis vel talis dilatio petita, vel fuit opposita excipiendo, libello sibi per actorem oblato nō esse respondendum vel actorem ab agendo repellendum pro eo quod maioris esset vinculo excommunicationis innodatus, vel nobis in hac cā iurisdictionem non competere, pro eo quod tempore impetrationis recepti ipse actor impetrans fuit maioris excommunicationis sententia ligatus etc. Nos visis et diligenter consideratis super hoc per partes hinc inde coram nobis productis, oppositis et allegatis. Habito etiam consilio cum patris

pronuciamus, decernimus et declaramus predictam exceptionem admittendam non esse, seu ea nō obstante in cā huiusmodi ad ulteriora procedendum fore, et pro nos ac coram nobis procedi debere. Et sic si est legitima exceptio, dicimus et pronuciamus ipsam exceptionem esse admittendam et admittimus, actorem propter excommunicationis vinculum ab agendo repellendum excludendum fore et excludimus seu repellimus, seu nobis obstat exceptione predicta iurisdictionem et cognitionem in negotio huiusmodi non competisse neque competere, seu libello predicto per ipsum reum respondendum non esse, sed eundem reum ab instantia iudicij fore absolvendum et absolvimus. Et ipsum actorem sibi in expensis legitimis condēnamus, earum taxationem nobis impositam reservantes. Et tunc in fine interlocutorie tabellio subscribet isto modo. Lecta et lata est hec interlocutoria anno tali die tali in presentia ipsarum partium vel procuratoribus presentibus talibus etc. Et de istis et alijs interlocutoriarum formis vide de excep. in. §. viso. Et est interlocutoria que fertur in principio cause et finem non super principali, sed super incidētiis questionibus vel emergentibus, de app. significātib. de test. significaverunt. Et transit interlocutoria in rem iudicatam quo ad preteritum si ab ea infra .x. dies nō fuerit appellatum ut in. c. cum dilecta. in fi. d. elec. h. non quo ad iudicem qui possit eam reuocare etiam post .x. dies, de quo tamen dicendum est ut plene no. in. ca. cum cessante, de ap. Ubi distinguuntur tres species interlocutoriarum. Quia quedam interlocutorie preparant seu ordinant litem, quedam emergentia seu incidētia in lite decidunt. Quedam aliquid restituunt vel dari vel non dari, fieri vel non fieri, vel aliquid

equipollens iubent p̄cedendo Tamen  
ibi tenent docto. q̄ omnis interlocuto  
ria mutari & reuocari potest ex causa. si  
ne causa nō. maxime post. x. dies sine vo  
luntate partis p̄ qua est lata. Unde si iu  
dex sine causa iusta interlocutoriā reuo  
cet poterit appellari.

**Formas autem**

diuersas reuocatiois interlocutorie po  
nit Guil. in spe. de exceptionib⁹. §. visio  
Quia potest sic dicere iudex Nos talis  
iudex & c. quia in tali causa. & c. pridem  
super tali exceptōe per talez reum oppo  
sita. pronunciamus interloquendo eam  
dem exceptōem non esse admittendā  
vel q̄ contra talem sic p̄cessim⁹ & c. Ha  
bito postmodū consilio p̄torū. inueni⁹  
nos ip̄z grauasse vel idebite p̄ eū p̄ces  
sisse Idcirco vsi consilio saniori inter  
locutoriam ipsam vel processum hui⁹  
expresse reuocamus. Quidā tamen in  
dices erubescētes factū suum reuocare  
sic dicunt. Nos talis iudex & c. si te talez  
in aliquo grauauim⁹ illud reuocam⁹ & c.  
Sed talis reuocatio dubia est conditō  
nalis & incerta: & ideo non admittenda  
Unde appellans non obstante tali reuo  
catione. nibi lominus insistere potest p̄  
secutioni sue appellatiois. si pure non fi  
at reuocatio. Quidam etiam iudices  
sic dicunt. Frater si te grauauimus ī ali  
quo: pati sumus illud reuocare de con  
silio sapientū. Et prefigimus tibi talez  
terminū ad compendū infra quem vo  
lumus plenius deliberare. Et dicit G.  
vbi supra. q̄ hec forma habet in ca. apo  
stolice. de re iudi. li. vi. ver. eratq̄ para  
ms. glo. in ca. cum cessante. de appella.  
dat aliam reuocationē huiusmodi inter  
locutorie vel grauaminis formam vide  
licet vt sic dicat iudex. non credo te gra  
uasse. sed si grauauit te in aliquo illud re

uoco. Sed ista forma que duo mēbra  
continet quo ad vtrumq̄ non est sana.  
quia in primo docet mēteri. nam potest  
esse q̄ iudex contrarium credit & contra  
tales cautelas vel doctrinas videndum  
est quod no. Guil. in spe. de exceptione  
§. penul. 2. col. colum. Quo ad secundū  
membz est conditionalis incerta vt di  
xi supra Unde host. dat talem formā vi  
delicet vt sic dicat iudex ad eum contra  
quē est lata interlocutoria. Tu dicis te  
grauamū per talem interlocutoriā qd  
non confiteor. Ego tamen reuoco: me  
satisfaciens voluntati ne de me saltez de  
facto conqueri posses. Et similis caute  
la traditur in ca. nisi specialis de vsu pal  
lij. Et q̄ dicit iudex in reuocatioe quod  
non confiteor. caute dicit. quia per hoc  
non sequitur q̄ neget se grauasse Et ali  
qui iudices consueuerunt statim ter  
minū appellanti ad docendum de graua  
mine. sed ad hoc ipse appellans non ter  
netur de quo in c. si a iudice. de appel. li  
bro sexto.

**Hinc ergo vi**

deamus de tertia parte ordi  
iudiciarij. I. de sententia & que illā sequū  
tur. Et Guil. in spe. de senten. prola.  
in princi. diffiniendo sic dicit. Senten  
tia est iudicialis diffinitio controuersie  
finem imponens p̄determinationem vel ab  
solutionem conuenēs. Dicit em̄ senten  
tia iudicialis diffinitio p̄trouersie finez  
imponēs. vt in. li. ff. de re iudi. & d̄ p̄  
nere absolutioez vel p̄dēnatioez de accu.  
illa p̄positorum. & ibi de hoc in vl. glo.  
vel aliqd qd tū valeat. de verbo. sig. in  
bis. Uten autem sententia diffinitio  
ua sit de actis cause ita vt contineatur ī  
ter acta tractat. Johan an. in additi. spe.  
de senten. prola. in principio. & ibi post  
ar. pro et contra. videtur tenere q̄ sic

maxime per c. cum eterni. de re iudi. li. vi. ubi sententia ferende et concipiende ponuntur in actis cause. Et debz ferri sententia diffinitiva pibus presentibus vel altera absente p contumacia ita vt cite- tur ad sententiam audiendam de testi. cum olim. in fi. alias si feratur ptra absentez non citati non tenet. vt no. de re iudi. tenoz in glo. penul. et sup ea. Et necesse est hoc casu q exprimat perempt. ubi vnica fit citatio. de hoc. xliij. q. ij. de illicita. in fi. magne glo. Et in spe. de cita- tionibus. §. viso de tempm. Et per Jo. an. in ca. cum bertoldus de re iudi. in. iij. glo. et de accusatione ad penitendam. nisi i causa in quibus sine figura iudicij. pce- detur. vt in cle. sepe. de. ver. sig. circa fi. ibi etiam de hoc in glo. ar. iij. Si autez in sententia pntetur eum contra quem lata est fuisse citatum an stet sententia ita q non sit necessaria alia pbatio cita- tionis tractat Guil. in spe. de sent. pro- la. §. ait autem. ver. et nota. sed plenius per Jo. an. ibi in addi. qz de iure subnili- tate necesse est pbare perempt. Et si qs vellet tenere q victor hoc non habeat p- bare victus tamen potest pbare se citati non fuisse producendo acta. Et si inter ista non apparet huiusmodi citatioz habebit pro non citato nisi probet contrarium. Utz autem presumatur condennatus fu- isse presentem in sententia si aliud no vi- catur vel exprimat in ea. no. Guil. in spe. in loco prox. alle. Et sententia diffi- nitiva debet generaliter se continere. Primum nome iudicis et eius qualitate puta an sit delegatus vel ordinari? Se- cundum nomina ligatoz. Tertium te- nozem petitionis in iudicio porrecte. Quartum substantiam processus causez puta lit. contest. iuramenti prestatione et similia. Quintum q sit mentio in senten- tia partes fuisse presentes vel ad contu-

maciam absentes: de quo supra dixi. Sexto q contineat condennationem vel absolutiorem vel aliquid equiualens: de quo etiam tactum est supra. et ista etiam enumerat Guil. in spe. de sen. pla. §. qualiter autem. iuxta fi. et. In actioe ergo reali potest sic dictari et formari sen- tentia.

### In nomine domi

ni amen Officialis vel iudex. questio ta- lis oritur inter A. actorem ex vna. et B. reum de et super tali fundo area vel do- mo parte ex altera materia questionis Idem A. libellum dedit vel obtulit in hac forma. Et ponatur totus tenor libel- li in sententia. Lite igitur coram nobis le- gitime contest. et presito a pibus vel e- arum procuratoribus hincinde calumnie iu- ramento factisqz et oblatis positionibus et articulis ad ipsas positiones responsionibus subsecutis testibus et instrumentis pro- ductis et attestacionibus publicatis op- positisqz contra dicta testium nonnulli exceptioibus et replicationibus factis tam- dem renunciatis per procuratores par- tium hincinde probationibus cum ipse procuratoribus partium concludentibus et concludi petentibus in ipsa causa con- clusimus et habuimus pro concluso Nos igitur visis et auditis diligenter iu- ribus rationibus probationibus et al- legacionibus partium. Cognitisqz et in- uestigatis ad plenum ipsius cause meritis deliberatione prehabita diligenti et com- municato consilio iurisperitorum christi nomine inuocato. pibus propter hoc in nostra presentia constitutis et sententiam ferri postulantis vel tali actore vel reo pte et sententiam ferri petente Et tali reo vel actore ad hoc perempt. citato contumacie se absentate cuius absentia dei pnia implea- tur p tribunali sedentes et hntes p oculis

deum solum sententiando. In his scri-  
ptis pronunciamus decernimus et de-  
claramus fundum predictum ad presen-  
tiam **A.** actorem primuisse de iure et pri-  
mere. prefatumque **A.** reum fundum huiusmodi  
occupasse et tenuisse ac occupare et il-  
licite detinere et ipsum fundum memorato  
actori adiudicandum ac **A.** reum antedi-  
ctum ad restituendum et libere dimittendum  
fundum eundem eidem actori condemnan-  
dum et repellendum fore adiudicamusque  
et condemnamus ipsum reum supradicto ac-  
tori in fructibus a tempore litis vel  
a tempore occupationis et detentionis vic-  
in tot modis seu modis frumenti et  
raide fructuum perceptorum ex fundo hu-  
iusmodi per eum perceptis. Et in expensis  
litis nihilominus detinentes quare ex-  
pensarum taxationem nobis in posterum  
referuamus. Et si debeat fieri sententia  
pro reo absolutoria forte. quia actor non  
probauit vel reus probauit de iure suo tunc  
ita formetur.

In nomine domini amen et c. vsq; ibi p-  
nunciamus decernimus et declaramus  
predictum **A.** reum a prefato **A.** actori  
impetitione absoluendum ac eidem actori  
super petitione sua et fundo predicto silen-  
cium perpetuum imponendum fore. ac absol-  
uimus et imponimus ac nostra sententia  
diffinitiva mediante condemnantes eundem  
actorem eidem reo in expensis litis quare  
taxationem et cetera. In cuius rei testimo-  
nium etc. **I**ta sententia incipit. In nomi-  
ne domini etc. vt. xxiij. dis. In nomine. de te-  
sti. In nomine. Melius ad propositum in c.  
veritatis. de do. et contu. Et non scribitur  
seu dirigitur alicui. vicz p-ibus vel alij  
vel vniuersis. Quia si iudex sic scriberet  
vniuersis etc. noueritis qd in causa tali p-  
nunciamus etc. Tales littere seu scrip-  
ture non facerent fidem. qz essent potius  
testimoniales seu recitorie preteritoruz

qz affectorie p-ntium. vt no. guil. in spe.  
de sen. pla. s. iuxta. d. et no. qz quidam  
iudices. no. etiā in c. apostolice. de re iu-  
li. vi. Item in sententia fit narratio pro-  
cessus ad quem effectum hoc fiat. no. in spe.  
de sen. pro. s. restat. d. in summa. Flo-  
per Inno. et host. in ca. cum in iure. de  
offi. dele. vbi etiā no. quid fieri debeat si  
per alium tabellionem scribatur senten-  
tia et acta per alium fuerint scripta Item  
in sententia dicitur nos visis et auditis  
diligenter iuribus probationibus et al-  
legationibus partium etc. Quia iudex  
sibi allegata et probata coram eo debz iu-  
dicare. non scdm conscientiam quam ha-  
bet vt priuatis. sed scdm conscientiam  
ex actis probationibus et allegationibus  
informata. vt. iij. q. vij. Judicetis. d.  
quo. de offi. dele. pastora. in ar. contra.  
et de offi. ordi. cap. i. et in spe. de dispu.  
et alle. s. vlt. ver. licet autē. Et ibi d. hoc  
per Johā. an. in addi. vbi ponit rationes  
quorundam theologorum qui tenent p-  
trarium et illas soluit. Et quale remedi-  
um habeat tunc iudex ibi no. quia depo-  
net si potest conscientiaz. si non potest de-  
leget causam alicui vel ad superiorem re-  
mittat etc. vt pleni⁹ no. vbi supra Item  
sequit in snia cognitio et inuestigatio ad  
plenum cause meritis etc. Nam fieri nō de-  
bet snia nisi liqueat de meritis cause. de  
quo in ca. put. de do. et con. cū si. Snia  
em non est precipitanda. vt in. l. ij. C. de  
sen. ex. pi. reci. hac lege. et in cle. pasto-  
de re iud. immo cū p-itis super ea ferēda  
consiliū hēe debet. de do. et pm. Cū olim  
de consuetudine ad nram. de quo et qua-  
liter iudex deliberare debeat et consiliuz  
petitorum requirere et diligenter cum  
petitis super negocia conferre. inspiciē  
do petitionem iuxta quam sententia est  
formanda. de accusatio. qualiter. ij. de  
symo. l. z belii. Positōes et articulos pba

tionones et alia acta cause etc. ut tradit **G.** in spe. de requisitione consilij. Et ideo dicitur in sententia deliberatione prehabita et habito consilio cum peritis. Item subdit in sententia partibus propter hoc in nostra presentia presentibus et sententiam ferri postulantis etc. De isto ponit **gul.** in spe. rubricam speciale. l. de petitione sententie et eius cautela ibi de hoc. Item quando altera partium est absens per contumaciam solet dici in sententia. Cuius absentia dei presentia repleat de quo in c. de manifestis. ij. q. i. in ca. v. et tatis de do. et contuma. Item in forma sententie ponitur per tribunal seden. et habentes pre oculis solum deum de hoc in ca. cum eterni. de re iudi. li. vi. Unde sedendo debet iudex proferre sententiam non stando alias non valeret ut in c. vlt. de re iudi. li. vi. et que sit ratio ibi no. nec debet per gratiam vel sortem iudicare contra iusticiam et contra conscientiam alias sustinebit penas de quibus in dicto ca. cum eterni. Item illis verbis utatur iudex in sententia vel partibus pronunciamus decernimus non tamen refert an sic dicat iudex. an dicat precipio vel statuo vel ordino. ut in capi. cum his. de ver. sig. Nam quibus lex dicat non valere sententiam que condemnationem vel absolutionem non continet ut in l. preses. c. de sen. et interlo. om. iudi. et tactum est etiam supra. sufficit tamen si conneat condemnationem seu absolutionem vel equipollens: de quo etiam in spe. de sen. pla. s. ut autem. ver. et nota. et non est vis nec refert etiam an sententia feratur sub verbis prime vel tercię persone de quo etiam in spe. e. n. s. iuxta. ver. si valet. de quo etiam dicendum est ut ibi. Item dicitur in sententia sententiam dico seu sententiam dico in his scriptis etc. ideo quia sententia diffinitiva debet ferri in scriptis. debet etiam in scriptis recitari et proferri et per ipsum iudicem non per alium legi

alias est nulla. de quo in ca. vi. de re iudi. li. vi. Non tamen est necessarium exprimi in sententia in his scriptis dummodo alias in scriptis feratur. Licet sit cautum de quo in spe. in. s. iuxta in ver. non valet etiam superius alle. et in dicto ca. vi. de re iudi. li. vi. Et quod sequitur in sententia scilicet secundum predictum ad prefatum. actoris pertinuisse etc. hoc patet declaratum circa petitionem in libello contentam secundum quam ut dictum est sententia ferri debet. Item condemnet iudex victum in expensis ipsi victori quod fieri debet. ut in l. euz que temere. ff. de iudi. et in ca. calumnia. de penis nisi ipse victus habuisset probabilem causam litigandi que eum excusaret ut no. in dicto c. calumnia. et in dicto c. finem. de do. et contu. in glo. magna super ea. Et tunc quando obmittit iudex condemnationem expensarum debet causam exprimere in sententia propter quam victum in expensis victori non condemnat. ut no. ibi. et probatur in aut. de iudi. s. oportet. col. vi. Et iste est vnus casus qui in sententia debet exprimi scilicet causa illa. vij. alij casus no. in capitulo. sicut nobis. de sententia. et re iudi. alias regulariter in sententijs non debet exprimi causa ut ibi. immo factum est exprimere quod faciliter possit mala causa exprimi et bona subterfieri. et ita non valeret sententia. de quo in c. ex parte. de con. prebe. de resti. in inte. cum ex legis. et nos igitur. et hoc etiam obtinet in interlocutorijs. Si tamen iudex exprimit aliquas causas tunc post specialia submittat clausulam generalem videlicet ex his et alijs mouentibus etc. Et sic sub tali generalitate comprehendit sententiam seu decisionem cause iustificante ut no. de re iudi. abbate li. vi.

**S**ententia in actione personalis potest sic formari In nomine domini amen. etc. ut in precedenti forma vsque ibi continuando. pronunciamus decernimus et declaramus predictum. Item reuocato

**A**ctori teneri et obligatum fore in x. li. rē. Et ipm eidem actori in debito bu inlmodi esse p̄dēnandum et ad eius sol lutionē p̄pellendū. ac in eisdem. x. lib. necnon in lit. expens legitimis eundez reum prefato actori cōdemnam⁹. taxati onem expensaz nobis in postez reserua tes. **A**n autē sentētia sit concipiēda i p̄ sonam p̄curatoris vel domini no. de ele cti. querelā in glo. concipiēda et sup̄ ea. sed licet in hoc multū instent doct. et ma xime legisse. **T**amen Jo. an. ibi nō pla cet legalis subtilitas in hoc casu. qz si p̄ curator fuit in causa noīne domini sui q̄ le peccatū est si domini⁹ cōdemnatr. **E**n de graue esset dicere se n̄tēnam p̄pter b̄ in prociē. ferendā qd̄ tamen videtur vel le. l. i. **C.** de sen. et interlo. om. iud. **D**o ssi. tamen in dicto. c. querelam mota ista subtilitate legali ponit formam sen tētie in cā matrimoniali consulendo q̄ iudex pronunciet isto mō. **P**ronuncia mus decernimus et declaram⁹ n̄cium fo re maritum seye et p̄curatorem ipsi⁹ no mine ad matrimoniū de quo actum est cōdemnamus: precipientes vt dicat̄ n̄cius deinceps seye adhxreat vt vxori et tam in lecto q̄ extra lectum eā maritali affectione p̄tractet: pro qua forma alle gat c. ex pte. et c. veniens de spon. **A**lie sententiay forme de facili p̄nt h̄ri. quia libell⁹ b̄n̄ format⁹ in quacūqz actōe dat formā sentētie concipiēde: que ex for ma penitiōis libelli procedere debet. vt allegatum est supra. **E**t vt supra patz in s̄nia absolutoria. **R**eus absoluit ab i p̄tatione actoris. et actori silentium im pōnit. **Q**z vtrumqz illoz ponendum sit in sentētia et quare habeat in ca. cum ecclesia lutrina de cau. pos. et proprie. in fi. et in ca. dudum in fi. de p̄uersi. coniu. cum similibus. et no. in spe. de sen. pro latione. s̄. vt autez. vt. q̄ autem vtrum

qz. **E**t lecta sententia notarius subscribet sententia annum et diem ac testes et hoc modo.

**L**ecta et lata est hec sententia diffinita navt supra tali die in subscriptioe inter locutorie lata est hec sententia interlocu ria. vel si redigitur s̄nia in formā publici instrumenti scribitur in hac forma. **I**n quoz omniū et singuloz testimonium p̄ sentes litteras seu p̄ns publicum instru mentū p̄ talem publicū notariū in cau sa huiōi coram nobis scribā fieri et pub licari mandauimus nostriqz fecimus si gilli appensione muniti. **D**ati et actum in loco tali quo nos consueuim⁹ sedere ad reddendum iura pro tribunali anno tali indictione tali pontificatus sanctissi mi in xp̄o patris et domini nostri domi ni pauli diuina prouidētia pape secūdi anno. vi. die iouis. s̄. mensis decemb. hora terciarum vel quasi presentibus di scretis viris. **A.** steinborn. et stephano religiosi⁹ et pluribus alijs s̄bdignis te s̄ibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis rē.

**L**ata sententia diffinitiva si ab ea nō appellat pars contra quam est lata infra decem dies transit in rem iudicataz. vt in c. q̄ ad consultationē. de re iudi. **E**t idem de interlocutorijs quo ad p̄tem. vt in ca. cum dilecti. in fi. de electi. et eti am tactū est supra. **U**nde aduertendum q̄ aliter appellatur ab interlocutoria. et aliter a diffinitiva. qm̄ appellatō interpo nitur ab interlocutoria vel alio grauamī ne oportet q̄ in scriptis fiet. **E**t cum ex p̄tatione cause iniuste seu iniquitatis i terlocutorie vel grauamīis. **I**sta duo substantifice requiruntur. etiam si cau sa sit notoria. de quo per **J**ohannez an dree in capitulo cordi. de appellatione libro sexto. **I**n nouella. nisi quando in maioribus et in reseruatīs interponit

appellatio. de quo in cap. vt debemus. in  
 fi. eo. ti. r. xij. que requiruntur seu debet  
 concurrere in appellando ante sententiam  
 ad ipsam appellationem validandam col-  
 liguntur et enumerantur in c. dilecto. s.  
 app. ibi per Host. super verbo firmatum  
**E**t primum est quod causa in appellatione expressa  
 sit vera. Secundum quod exceptio op-  
 ponatur. Tertium quod coram iudice pro-  
 ponatur nisi excuset iusta causa. Quartum  
 quod appelletur. Quintum quod coram  
 iudice nisi ex causa. Sextum quod exceptio  
 non admittatur. scilicet quod expectetur repulsa  
 exceptionis. Septimum quod propter iniustam  
 repulsionem appelletur. Octavum quod  
 exceptio opposita sit legitima. Nonum  
 quod grauamen illatum sit vel comminatum  
**D**ecimum quod in scriptis fiat appellatio.  
 vt supra. Undecimum quod petantur ap-  
 stoli infra xxx. dies. Duodecimum quod  
 si petierit appellatus veniat appellans in-  
 structus iuxta casum capi. cordi. de ap.  
 li. vi. **D**ecimūtercium quod appellatio in-  
 ponatur infra x. dies. de hoc etiam in c.  
 cord. de ap. li. vi. et in spe. parte. ij. eo.  
 ti. §. qualiter. ver. in sum. no. et hoc in ap-  
 pellatione iudiciali. sed in extra iudicia-  
 li ista omnia non requiruntur. quia ibi non exi-  
 gitur veritas cause. sed sufficit ipsius ve-  
 ri similitudo. **I**tem non requiritur ibi gra-  
 uaminis illatio seu comminatio. sed suf-  
 ficere quod timeatur inferri in futurum. **D**e  
 istis et alijs differentijs scilicet in quibus dif-  
 ferunt appellatio iudicialis et extra iudi-  
 cialis. vel etiam in quibus conueniunt so-  
 let notari in c. bone. de app. vbi no. xij.  
 differentie et tres conuenientie. **Q**uan-  
 do autem appellatur a diffinitiva. tunc  
 lata sententia iste contra quem fertur si  
 vult potest appellare. vbi apud acta dū  
 modo hoc faciat incontinenti iudice ad-  
 huc pro tribunali sedente antequam se di-  
 uertat ad alios actus. vt in. l. s. ligato

ribus. **C**. eodem ti. Canonisata. ff. que  
 sti. vi. in fi. ver. ligatozibus. no. de ap-  
 pel. c. i. li. vi. in fi. **S**ed si ex intervallo  
 vicz dum iudex diuertat se. scilicet post latam  
 sententiam ad prandium vel alios extra  
 neos actus velit appellare. tunc necesse  
 est etiam appellare in scriptis sicut ab in-  
 terlocutoria vt in li. ij. ff. eo. ti. r. **C**. eo-  
 dem tit. l. eos. §. fin autem. **E**t ista est ve-  
 ra opinio licet quidam exponunt ilico  
 quod ponitur in. l. predicta. l. eadē die  
 vt no. in dicto c. cord. **I**tem a diffinitiva  
 appellatur sine expressione cause vt  
 ibi et in iuribus proxi. allega. **U**nde suf-  
 ficiat appellanti dicere appello a tali sen-  
 tentia diffinitiva tanquam iniusta et iniusta  
 de quo etiam in spe. de ap. §. qualiter. in  
 pan. **E**t tamen diffinitio appellatio-  
 nem dicit quod appellatio est sententie vel  
 grauaminis reuocatio per proclamatio-  
 nem a minori ad maiorem iudicem fac-  
 ta preteriti iniqui iudicis grauaminis  
 vel iniuste sententie **I**o. teu. ponit vnā  
 diffinitionem. ij. q. vij. in sum. **H**ost.  
 plures ponit in sum. eo. tit. §. i. **P**otest  
 ergo sic formari appellatio a grauamine  
 vel interlocutoria sententia iudicis.  
**C**orā vobis domino iudice tali puta  
 ordinario vel delega. et te notario ac testi-  
 bus hic presentibus. **E**go talis principa-  
 lis vel talis eius procurator nomine p-  
 curatorio talis actoris vel rei propono  
 animo appellandi. **E**t dico quod licet in ca-  
 que inter talem actorem ex vna. et predi-  
 ctum. **N**. reum de et super re vel debito  
 tali parte ex altera vertitur. in iudicio co-  
 ram domino iudice predicto exceptio-  
 nem talem opposuerim. **E**t ponatur tel-  
 nos vel saltem mens et effectus ipsius exce-  
 ptionis in appellatione exprimat. **E**t  
 tunc subiungat si velit eam per vos ad-  
 mitti vel secundum contenta et petita in ipsa p-  
 nunciari postulauerim. **N**os tamē dñe

iudex hmoi exceptione legitima sprete  
 ⁊ neglecta ipsam saltē tacite repellendo  
 in ipsa causa ad talem vel ad alium actū  
 exceptioni mee cōtrarium processistis.  
 vel eandem exceptionem per vestra quā  
 tulistis interlocutoriam pronuciādo sic  
 vel sic minus iuste repulistis. vel alis in  
 causa hmoi per talem vestram cōminati  
 onem siue actum vel preceptū tale. me  
 indebite granastis. Unde ad interlocu  
 toria huiusmodi iniqua ⁊ iniusta seu ex  
 predicta exceptione nō admissa. vel sal  
 tem tacita repulsiōe vel a tali vestra cō  
 minatione seu precepto tali. tanq̄ iniq̄  
 grauamine in his scriptis ad reuerēduz  
 in christo patrem ⁊ dñm ep̄m talem.  
 vel ad sanctam sedē apostolicam. ⁊ san  
 ctissimū in christo patrem ⁊ dñm n̄m  
 dñm paulum diuina p̄uidencia papaz  
 secundū prouoco ⁊ appello. Et ap̄los  
 primo. secūdo. tercio. ⁊ cum debita in  
 stantia mihi dari peto subijciens predi  
 ctam. **N.** eum cum adherentibus suis.  
 proteccioni dñi ep̄i vel dñi pape ⁊ sedis  
 apostolice sp̄ali. Et prestoz q̄ appellati  
 onem hmoi possim corrigere emendare  
 ⁊ innouare. ac eam intimare volo ⁊ p̄  
 sequi prout videbitur expedire. **Dicit̄**  
 primo in forma. **Coraz** vobis ⁊ c. quia  
 coram iudice ⁊ eius presentia est appel  
 landum. vt. ij. q. vi. bidunz. de app. iug  
 gestum. si eius presentia potest haberi.  
 vel nisi iustus metus excuset. tunc debz  
 protestari in p̄ntia bonoz vitorū volēs  
 appellare iuxta formam. c. vlt. eo. n. Et  
 si plures sunt iudices quoz p̄ntia simul  
 haberi non potest. tunc fiat sc̄dm q̄d ha  
 beē in de. i. e. n. qz tunc p̄t corā ipsis v̄l  
 corā maiori parte eorū appellari ⁊ ap̄li  
 peti possunt separatim vt ibi. Aliqui in  
 appellationibz solent premittere. cum  
 appellationibus remediuz ad releuamē  
 oppressoz a iure sit inuentum. de appel.

cum speciali. §. p̄ro. ⁊ in. l. p̄fecti p̄e  
 torio. ff. d̄ n̄mo. cum similibus. **Ped**  
 de hoc non est curandum. quia ista sunt  
 verba iurē: quoz non est necessaria p̄po  
 sitio sed verba facti sunt p̄ponenda. d̄ q̄  
 in. c. si quis iuste. d̄ elec. li. vi. **Item** di  
 citur ordinario vel delegato quia debet  
 exprimi iudic. qualitas que cōsiderāda  
 est. maxime quando super appel. māda.  
 ap. impetra tur. de excep. dilecte. d̄ ap.  
 ex insinuatōe. **Postea** fit mentio in ap  
 pellatione de processu cause ⁊ de graua  
 mine seu interlocutoria. ⁊ causa iniqui  
 tatis grauaminis seu interlocutorie ex  
 primatur. quia hoc est necesse: quando  
 ante sententiam appellatur vt dicitur est  
 supra. **Nam** non sufficit dicere appello  
 a tali interlocutoria tanq̄ iniqua ⁊ in  
 iusta: q̄d tamen sufficeret a diffinitua.  
 de quo no. in. c. penul. de no. ope. nūci.  
**Item** dicitur in forma appellatiōis: q̄  
 iudex non admisit exceptionem. sed ea  
 sprete processit. vel q̄ ipsam interlocu  
 toriam repulerit. **Nam** duobus modis  
 iudex repellit exceptiōem vide h̄ tacite  
 ⁊ expresse. **Tacite** quando exceptiōe ne  
 glecta: iudex procedit ad ea que se non  
 compatiunt cum exceptiōe p̄posita.  
 vt de app. ex parte. ⁊ no. eo. n. dilecto.  
**Et** in spe. d̄ excep. §. ij. d̄. ⁊ nota sc̄dm  
 vbertum. **N.** no. enā per Jo. mo. in. c.  
 i. de app. li. vi. **Et** tunc poterit appellare  
 hoc expresse in appellatiōe. q̄ processit  
 iudex exceptiōe nō admissa. **Expresse**  
 repellit. puta quando per interlocutori  
 am pronuciat contra exceptiōz. **Quid**  
 autem faciendum sit quando iudex nō  
 repellit expresse nec enī tacite. puta  
 procedendo vt dictum est. **Ille** enā ad  
 mittit sed temper est in delibe. ādo forte  
 vt excipiens fatigatus ⁊ vexatus labori  
 bus ⁊ expēlis ex diuersis terminis: q̄s  
 iudex ad audiendā deliberatōz assignat

cedere liti. vel ab exceptione recedere cogatur. no. in dicto. c. dilecto. de app. quia vt recitat ibi. Post. si iudex tercio requisitus humiliter expectato reiponso. tempore congruo non responderit. Expresso tali grauamine poterit appellari. de quo plenius ibi. Item dicit in forma appellationis. q. a tali interlocutoria tali grauamine r. appello. Pos sunt etiam plura grauamina exprimi in appellatione. sed caueat appellas q. sunt legitima r. vera. Nam cancellaria vnū solum respicit grauamen. vel vnā appellatiōnis causam. de quo no. in. c. cuz causam. de appel. super alle. glo. Unde possit cancellarius eligere causa; forte falsam. sup. quolibet tamē tali grauamine dat vnū singulare vel speciale rescriptum ad eosdem iudices vt ibi no. Et ex sola causa in appellatione expressa. r. non ex alia precedenti vel superuenienti appellatiō iustificari poterit impugnari vt in cle. appellanti. c. ti. Item dicit in appellatione ad talem episcopum superiorē vel ad papam appello r. Et si simpliciter diceret appello non exp̄sso. an ad episcopum vel ad archiepiscopū seu ad papam ad quem videatur appellasse. Vel si dicat appello ad maiorem. no. in. c. vt rebus. d. app. Et dicit ibi q. intelligitur ad proximum appellasse De quo etiam in spe. e. ti. s. nūc tractemus. ver. sed quid si quis. r. sequenti. Utum autē valeat appellatio alternatiua vide licz sub hac forma. Appello ad archiepiscopum vel papam quando ab episcopo appellatur. vel appello ad episcopum vel archiepiscopum. cum appellatur ab inferiori iudice. no. de off. del. si is cui. li. vi. in glo. penul. r. super ea. Et melius in questione posita super regula in alternatiuis. de regu. iur. li. vi. Et dicitur ibi concludēdo q. in primo

casu. scilicet quando appellatur ab ep̄o ad archiepiscopum vel ad papam tenet appellatio. dum modo appellans eligat infra tempus quo debuit appellare vicz infra decendium. In secundo casu etia; appellatio valet scilicet quando appellatur ad episcopum vel archiepiscopū quia tūc in quātū exprimit de archiepo est inuulis. quia eo casu nō potest ad archiepiscopuz appellari. episcopo medio obmisso. de app. dilecti. vlt. In quātū at interponitur ad episcopum est vulis. Sed vtile per inuile non viciatur. vt i regula vtile. d. reg. iur. li. vi. igitur r. Et quomodo gradatiz siue seriatim est appellandum. si tamen obmittitur melius r. nō opponitur exceptio. an teneat appellatio. vel an in hoc valet consuetudo r. etiam no. in dicto. ca. dilecti. Et si vnus litigantium appellat ad archiepiscopum. alius ad papam. quid iuris sit habetur in. c. si duobus. de app. r. Item subiungit in appellatione r. apostolos primo secundo r. tercio. r. cum instanna peto r. De hoc. ij. q. vi. si p̄ appellatiōnem. s. vlti. ad fi. r. in li. a iudicibus. C. eo. titu. Sufficit tamen q. ista petitō fiat vnico contextu. vt in cle. quis rigor. de appel. Et de istis apostolis infra patebit. Et non est de substantia appellatiōnis q. in ipsa appellatiōne petantur. dūmodo petantur postea infra xxx. dies. vt in. l. i. ff. de appel. De quo in spec. iiii. parte de appel. s. sequitur. in fine. r. no. in alle. cle. quis. e. ti. in glo. lex. dicit. Postea in forma sequit adberentibus quoniam appellans se adberentelq. suos submittit p̄tectioni eius ad que; appellat. De istis adberentibus tangitur in. c. vt eccle. de elect. lib. vi. Diuersas appellatiōnis formas iudicialium ante sententiam a grauamine. vel interlocutoria ponit C. in spe. iiii.

parte. §. i. vt supra tactum est. **C**ausa debet exprimi in appellatione ante sententiam interpositam. Et illa debet esse rationalis et vera. **E**nde appellans quilibet habet probare duo. scilicet causam appellationis esse legitimā. **S**ed ad hoc probandum non requiruntur testes vel instrumenta. sed est in arbitrio boni viri scilicet iudicis. videlicet an causa sit talis: que probata debeat legitima reputari. vt in ca. vt debitus. de appel. **I**tem probare debet appellans causam appellationis esse veram et ad hoc requiritur probatio. vt no. in. c. cū speciali. eo. ti. nisi appellans obtulisset se probaturū veritatem cause corā iudice a quo. non fuisset admissus ac pro tanto appellasset. **D**e quo dicitur in. c. interpositam. eo. tit. i. **R**ubri. **D**ebet ergo causa appellationis esse vera. alis appellatio est frustratoria. vt in. c. vt debitus. supra alle. **A**ppellatio a diffinitiuā poterit sic formari. quā in scriptis ex intervallo appellatur.

## Coram vobis tali

iudice etc. **E**go talis principalis vel talis procurator. vt supra in precedenti forma. **D**ico et pono animo appellandi. **P**. x. diebus nondum elapsis. in causa tali: que inter me ex vna. et talem. b. aduersarium meū parte ex altera. de et supra vel debito tali asserto et rebatur in iudicio. **C**oram vobis finiam contra me et pro aduersario meo tulistis diffinitiuā si nomen sententie mereret habere. me per eandem finiam pretenfam vestram. eidem meo aduersario in penitis per euz minus iuste condemnando. vel eundem aduersarium meum a mea impetitione absoluendo et mihi super penitis perpetuum silentium perperam imponendo. **I**dcirco ab eadem finiam pretenfam. tanquā

iniqua et iniusta. ipsius nullitate semper salua. in his scriptis ad talē appello etc. vt supra in alia forma etc. **E**t breuiter posset sic dictari ista appellatio. a tali sententia pretenfa diffinitiuā per vos dñm iudicem in causa tali contra me et pro aduersario meo tali lata tanquā iniqua et iniusta. in his scriptis appello ad sedem talem etc. **A**n autem dies late sententie sit inferenda in appellatione. vel persona aduersarij in ea exprimenda. et quid si plures habeat quis aduersarios vnum exprimit. et aliū subicit. et de quibusdā alijs tractat **G**uil. in spec. iij. parte. de app. §. i. d. si non appellat. **N**ec de istis est curandum multum. quia notarius qui de appellatione conficit instrumentum talia debet declarare. **E**t die sententie late constabit per instrumentū sententie. de die interposite appellationis per instrumentum appellationis constabit. **Q**uādo non appellat ilico a sententia viua voce apud acta non est necesse dari formam. quia per sententiā que immediate lata est et a qua incontinenti appellatur. satis constare potest quis contra quem. a qua sententia. et a quo iudice. vel ad quem iudicem appellatur. licet ista in appellatione non exprimantur. **D**icat ille contra quem est lata sententia **E**go talis a tali sententia tanquā iniqua et iniusta ad talē superiorem appello. **E**t aliquando sententia continet plura capitula. et in vno fertur pro vna parte. et in alio pro alia parte. et sic vtraque pars appellat ab eadem. **D**e quo in. ca. **R**aymundus. et c. **R**aynaldus. de testa. **N**otarius autē appellationis sic conficiet instrumentū super appellatione. **I**n nomine domini amen. **A**nno a natiuitate eiusdem dñi. **M**.cccc. lxxxiij. indictione tredecima. pontificatus sanctissimi in christo patris ac domini nostri. domini **S**ixti diuina

# Appellatio

providentia pape. ij. anno primo die. ij. mensis decembris. hora terciarum vel quasi in oppido erfordensi. magū tines. dyocesis. in domo vel loco tali. coram tali iudice. In meoq notarij publici subscripti et testium infra scriptoꝝ presentia personaliter constitutus Dilectus vir talis principalis vel talis ipsius procurator nomine procuratorio. habens in manibus suis quandam papyri cedula infra scriptam appellationem in se continentem. quam appellationem ibidem interposuit. et legit alta intelligibili et sonora voce prout in ipsa cedula continebatur. seu fm eiusdem cedule appellantis formaz et tenorem appellavit. apostolos petiit protestabatur et alia fecit sicut exprimitur l eadem. Cuius appellationis tenor de verbo ad verbum fuit et est talis. Coram rē. Qua appellatōe sic interposita ac apostolis petitis a iudice supradicto. Idem iudex appellatōne eandem plectam et interpositā habuit: copiam eiusdem appellationis ab appellante petijt. et eam sibi per eundem appellantem vel eius procuratorem traditā recepit. ac talem diem vel terminū iuris ad dandum sibi apostolos. et p inde ad recipiendum eosdem ei pro termino assignavit et infra terminū iuris se apostolos daturū eidem promisit. Super quibus omnib⁹ et singulis idem appellās vel ipsi⁹ procurator me notarij publicū vt sibi vnum vel plura conficere instrumenta requisivit. Acta sunt hec anno in dictione mense. die. hora et loco quibus supra presentibus rē. Et appellatio semper potest interponi. siue dies feriata sit siue non. Et peti possunt apostoli etiam extra locum iudicij. In loco tamen congruo et honesto. et hora congrua. nō qñ iudex est in balneo. vel in mensa rē. vt nota. in cle. qñuis rigor. de app. Et suffi

# a diffinitiva

cit appellationem coram iudice interponi et iudici scriptam offerri. licet ipsius appellationis tenor non legatur. vt l. c. appellatio. e. titu. li. vi. Et q dicitur in instrumento q iudex assignat certū diem ad dandum et recipiendum apostolos appellanti. vel dicit se daturū infra terminū iuris. vel in termino iuris qui est infra. xxx. dies. qui currunt a tēpore interpositiōis appellationis. non a die finis vel grauamine vt tenet ibi Genze. et cuz eo tenet Ber. ppter motiua et rationes quas inducit. licq Jo. an. in dicta cle. qñuis teneat q a die late sententie. et nisi appellans petat apostolos infra. xxx. dies. vel in termino sibi per iudicē ad hoc assignato appellationi renūciat. vt in alleg. cle. qñuis. Et iudex tenetur illos dare appellanti et petenti als ipsi⁹ pcessus non valebit. vt in. c. i. et in. c. ab eo. eo. ti. li. vi. Et appellans nibilo minus potest prosequi appellatōz suam vt in cle. qñuis. in fi. Et ibi etiam no. in glo. sepius. An gratis dari debeāt apostoli vel expensis ipsius appellantis. Et sunt apostoli quedam litterarū breuis formax vel verborum: quia scriptura non est de substantia: iudicem ad quem appellatur instruens. motiuum iudicis a quo et totius appellationis circumstantias breuiter comprehendens vt pbat. tur. ij. q. vi. post appellationem. et cap. forma. Et dicuntur apostoli ab epi. qd est supra. et stolon missio. quasi littera missa ad superiorem. Et debent continere quis appellavit. a quo: contra quem: super quo et ex qua causa. Et an ille a quo appellatur deferat appellationi vel non. et quare hoc faciat vel non. vt. in. l. vni. ca. ff. de libel. dimisso. et in capitul. cordi. de appellatōib⁹. libro sexto. et no. in cle. qñuis. de appellatōib⁹. eo. titu. et in specu. eo. titu. parte. iij. §. penulti.

# Appellatio

Et sunt plures species apostolorum. nam quidam sunt conuentionales. sicut quoniam pars admittit appellationem sine in iudicio. iudice eam refutante vel tacente. ut de ap. sepe. r. c. oblate. siue extra iudiciū ut ibi. Alij sunt testimoniales. quod testificatur de appellatione facta coram iudice vel alijs honestis personis. Alij sunt dimissorii: per quos apparet quod iudex appellationem detulit. Et appellansem a sua iurisdictione exemit. et causam ei ad quem appellatum est remittit. Alij sunt reuentionales. ut quando propter superioris reuentionem appellationi deferatur ut in l. eos. §. super bis. c. de ap. Alij sunt refutatorii: per quos apparet quod iudex non deferat appellationi. scilicet cum appellatio est frivola et frustratoria. Talibus enim appellationibus non est deferendum a iudice. nec ius deferat. ut in ca. cum appellationibus. de ap. li. vi. Unde ut sciat cui appellatio deferendum sit an non. est aduertendum quod quadruplex est appellatio. Quia est appellatio manifeste frustratoria: ut quoniam appellatur in crimine notorio. Est et latens frustratoria. ut cum in appellatione exprimitur rationabilis causa sed ista est falsa. Est etiam latens probabilis. ut quando exprimitur in ea causa iusta: sed a iure non expressa. Item est aliqua manifeste probabilis. ut cum appellatur ex causa iusta in iure expressa manifeste notoria. ut lite non ptesit. c. ij. et sic attenditur qualitas appellationum. Attenditur etiam qualitas iudicis. videlicet an sit delegatus cum clausula ap. re. vel sine tali clausula seu ordinarius. Prima appellatio repellitur a iure et a iudice quocumque. Secunda repellitur a iure sed admittitur a iudice. quod usque consistit de falsitate cause. Tercia admittitur a iure et iudice. nisi dato cum clausula app. re. Iste non tenetur tali appellationi deferre. Quarta admittitur

# a diffinitiva

a iure et iudice. ita per. r. ab. no. Jo. an. in. c. pastoralis. de ap. Et quando iudex assignat appellanti terminum in datione apostolorum ad appellationis sue prosecutionem. ut in. c. cum sit romana. de app. cum concord. Utrum ista termini assignatio habeat vim delationis solet notari in. c. abbate. de ap. plenius in. c. cum appellationibus. c. ti. li. vi. Et dicitur ibi quod non. quia ista ponuntur ibi ut diuersa. Si vero dicatur notari quod iudex benigne recepit appellationem. an intelligatur delatum. no. in spec. de appel. §. nunc dicamus. in fi. Et dicit Guil. ibi quod non videtur iudex detulisse. dicit tamen quod Clementi placebat contrarium. Si iudex simpliciter dat apostolos non exprimitendo an deferat vel non. dicit abbas quod deferre videtur. ita notat ipse in ca. dilect. de app. Item dicit. si dat acta pro apostolis quia tunc detulisse intelligitur. ita est decisum in rota. An autem postquam iudex detulit appellationi. possit delationem ipsam reuocare. no. de ap. constitutus. ij. de accu. meminimus. de app. cum appellationibus. li. vi. Et tenent hoc. quod non possit etiam re integrare. Licet Jo. tenuerit contrarium per duas rationes. Prima quia interlocutoria potest iudex reuocare. ergo et delationem. Item quod appellans potest renouare appellationem. pari ratione iudex delationem. sed iste rationes non urgent. ut ibi no. Et quando iudex detulit appellationi. an post delationem possit statuere terminum appellanti. etiam no. in. c. cum appellationibus. Et per Ber. in. ca. ij. de matti. contrac. con. interdi. eccle. in iij. glo. et tenetur quod sic. et probat Jo. an. in. c. cum appellationibus. in nouell per plures rationes. ut ibi patet. Et est aduertendum quod aliquando iudex deferat appellationi. Aliquando pars appellata;

Sed ob iudicalem reuerentiam iudex debet appellationez recipere. Pars hō dicitur illam approbare appellationem vt no. d. appel. interposita. In potestate ergo est alterutrius scilicet iudicis et appellantis approbare appellationez. Cū appellatus etiam iudice iūto potest eaz approbare, et e contra. Iudex potest eā admittere. Quis displiceat appellanti. Et sic in hoc equiparantur iudex et appellatus, sed iudex et appellator etiam equiparantur in vno videlicet in termino assignando, vt in. c. personas. et i. c. abbate. de ap. Sed in potestate solius appellatoris est an appellet vel n. et sub qua forma. Caueat tamen ne erret, vt i. ca. i. e. n. li. vi. In potestate autem et arbitrio solius appellantis est an velit principale negocium tractari in cū. vel nō. vt in. c. cordi. iam alle. Et effectus delationis est qd per eaz abdicatur iurisdicō a iudice a quo. et in superiorem ad quem transfunditur, vt in. c. cum appellationibus. sepius alle. Effectus hō assignationis termini est, qd si in termino appellans non prosequitur suam appellationem inducitur renunciatio et desertio appellationis. et actus a quo emissa est appellatione manet rams, vt in. c. cum fit. et etiam i. c. reprehensibilis. et in. c. sepe. de app. Et terminus huiusmodi statuitur vel ad iter arripiendum, vel ad presentandum se superiori ad quem appellatus est. De quo in. c. personas. in glo. ij. et super ea. Ipsius tamen termini diuersi surgunt et causantur effectus. Im qd in ipsius assignatione aliqua concurrunt vel non. Nam aliquando appellatione solum recipitur a iudice. Ita qd cum assignatione termini concurrat dilatio iudicis. Aliquando solum approbatur a parte. Aliquando concurrunt vtrūq. qd recipitur a iudice, et a parte approbat.

Aliquando neutrum fit, quia nec recipitur nec approbatur. Si ergo appellatio recipitur a iudice vel etiam si approbatur a parte, tunc terminus huiusmodi habet vim perempt. Ita qd non venientem constituit contumacem, sic qd in articulo appellationis contra eum vt contumacem potest procedi. Et tenet mittere procuratorem sufficientem, saltem ad articulum appellationis expediendū vt in. c. sepe. et ca. nicolao. de appellati. Idem et fortius vbi vtrūq. concurrat, scilicet receptio iudicis, et approbatio partis, sed vbi neutrum interuenit, quia nec recipitur a iudice appellatio, nec approbat a parte, tunc sufficit mittere procuratorem ad impediendum, et contra dicendum tantum, nec procedere in articulo appellationis contra absentem, vt no. in dicto. c. nicolao. Licet glosator ibi videatur tenere contrarium. Si autem recipitur et approbatur appellatio et cum hoc petit appellatus, qd veniat appellans instructus, tunc debet mittere procuratorem instructum sufficientem, ne dum ad articulum appellationis, sed etiam ad causam principalem, vt in. cap. cordi. d. ap. li. vi.

**F**orma apostolorum qui dimissorii dicuntur est ista.

**B**actissimo in christo patri ac domino, domino paulo diuina providentia, sacrosancte romane ac vniuersalis ecclesie summo pōnifice, Episcopus talis et c. vel talis officialis eius deuotus fidelis ac obediens, deuota pedum oscula beatorum. Ponerit sanctitas vestra, qd cum i causa que inter a. ex vna. et b. ex altera parte, de et super domo l' fundo tali, seu debito tali, coraz

me in iudicio vertebat. sententiam predicto. a. et contra bernardum prefatum tali diffinitiuam. vel interlocutoriam. sic vel sic pronuntiando super exceptioe tali. Et quia ab huiusmodi sententia diffinitiuam vel interlocutoriam. idez b. ad e. v. s. ad sanctam sedem apostolicam appellauit. Idcirco ipsum bernardum appellansem a meo iudicio dimitto. et ad vestre sanctitatis examen ex his litteris meis dirigo. sibi litteras huiusmodi sigillo meo sigillatas concedes. In testimonium premissorum. Datum etc. Et hoc cum appellatum est ad papam. Si vero ad inferiorem puta episcopum vel archiepiscopum. scribatur sub eadem forma. verbis competenter mutatis. scribendo Reuerendo vel reuerendissimo etc. Aliqui non dirigunt superioris sed scribunt vniuersi. Alij breuiter sic concludendo dicunt. ad appellansem verbo vel in cedula nuda scribunt in hec verba vel similia. quia tu a me appellasti a tali sententia mea diffinitiuam vel interlocutoriam. Ideo ab obseruatione medij iudicij his apostolis te dimitto. et ad eius ad quem appellasti ex amen dirigo. Et si volunt sibi statere terminum. iungit triuz vel quatuor mensium spacium vel diem talem statim pro termino ad iter accipiendum pro appellationis tue prosecutione faciendam vel ad presentandum te conspectui sedis apostolice. vel alterius superioris ad quem appellasti etc.

**Forma apostolorum reuerentialium potest esse talis.**

**S**anctissimo vel reuerendo etc. vt supra. Talis actor vel talis reus in causa tali: que inter ipsum vel talem ex vna. et tale parte ex altera.

de et super tali re et eius occasione in iudicio coram me vertebatur. a sententia diffinitiuam vel interlocutoriam etc. ad sanctitatem vestram vel reuerentiam appellauit. et quis appellatio sua mihi friuola videatur. tamen ob reuerentiam vestram eidem sue defero appellationi. statuendo sibi terminum etc. vt supra.

**A**postoli refutatorij possunt dari sub hac forma.

**S**anctissimo vel

reuerendissimo etc. vt supra. Non erit sanctitas vel reuerentia vestra quod talis a me et interlocutor. sententia in tali causa: que coram me inter ipsum et tale super tali vertebatur. ad e. s. v. seu ad vos appellauit. Et quia huiusmodi appellatio friuola est et frustratoria ex tali causa. ideo quod cum huiusmodi appellationibus friuolis. nec ius deferat. nec sit ei per iudicem deferendum. eidez appellationi non dicitur deferendum neque defero. et hos apostolos refutatores. sibi tradidi atque tradidit in quorum testimonium etc. vt supra. Et ponitur ista forma de interlocutorijs quia quando a diffinitiuam appellat. tunc necesse est deferri. quia ius defert. de iur. iur. venientes. d. appel. non solum. li. vi. Iudices modernis temporibus raro dirigunt tales litteras ad superiores sed facile se de istis apostolis expediunt. dicunt verbo ad appellansem: vel eius procuratorem sub hac forma. Appellationi tue ob reuerentiam sedis apostolice vel talis superioris ad quem est appellatum deferimus seu defero. et talem tibi terminum prefigo ad appellationem tuam prosecutionem. Et quia appellatio tua videtur nobis friuola. ideo ei non deferimus. hanc responsionem tibi pro

apostolis refutatorijs concedentes. Et hoc faciunt iudices per notarium scribi loco apostolorum. Et scribit notari? si vult appellationem et apostolorum dationem in eadem carta. seu in vno instrumento. ponendo in fine instrumenti appellationis formam de qua supra. Item anno. indictione. pontificatus. quibus supra. die tali. mense tali. Coram iudice predicto. ac in mei notarij publici et testium infra scriptorum presentia. personaliter constitutus predictus. N. appellans vel talis ipsius procurator. apostolos per predictam dominum iudicem super appellatione sua predicta sibi dari cum instantia humiliter postulavit. Cui ipse iudex dando apostolos. in hec verba respondit. vel scriptam cedulam tradidit et in ea contenta pro apostolis sibi dedit cuius tenor talis est etc. Et scribit tenorem seu formam apostolorum. Et subiungit postea. super quibus etc. ut supra in instrumento appellationis. Si autem iudex terminum datum vel dandum ad recipiendum apostolos prorogat in alium diem. an tunc iterato appellans teneat comparere seu apostolos petere. Vel si respondet iudex apostolos se daturum. nullo certo termino prefixo. quid iuris sit. legit et no. in de. quis rigor. supra sepius alle. Et ita sunt ista expedita que sequuntur sententiam. quando ab ea appellatur. quia tunc sententia non debet exequi cum per appellationem sit suspensa. ut in dicto. c. venientes. de iure iur. Immo quicquid post sententiam etiam ante appellationem per iudicem vel aduersarium fit. totum reuocabitur pro modo atreptati. De quo plene in. c. non solum. supra allega. et sic transit non in rem iudicatam. Si vero a sententia non fuerit appellatum. et sic transit in rem iudicatam. tunc ipsa sententia debet ex-

equi. alias parum prodesset sententias dari. si executioni non demandarentur ut de re iudica. cum aliquibus.

**A**duertendum tamen quod sunt quedam sententie que nunquam transeunt in rem iudicatam. ut sunt sententie quarum obseruancia induceret periculum anime. de re iudica. tenor. et. ca. consanguinei. de frater. fraternitas. cum si. Quedam sunt que statim transeunt. ut est sententia excommunicationis. de appell. pastoralis. de senten. excomuni. per tuas. que tamen proprie non est sententia. et hoc verum quod non statim in rem iudicatam quo ad privatam utilitatem. Sed quo ad publicam utilitatem tangentem periculum animarum nunquam transit. ar. de excep. pia. li. vi. Nam semper auditur conquerens contra iniusta excommunicatione. de offi. delegati. cum contingat. Sunt etiam quedam casus in quibus diffinitiva sententia statim transit in rem iudicatam que notantur de re iudicata. super rubricis. Quedam sententie tenent medium. quia transeunt in rem iudicatam. sed non tamen statim sed post decem dies. Et istud regulariter obtinet in sententijs. predicta extrema sunt casualia nota. de re iudicata. super rubrica. et in capitulo. sanguinei. Et hoc quando sententia tenet. licet sit iniusta. Secus si esset nulla. quia tunc non transit. de senten. et re iudicata. capitulo primo. Et modos nullitatis ponit Guilhelmus in specul. de senten. pla. §. iuxta oppositionis. Et dicitur sententia nulla. quia lata est contra ius institutionis expresse. Ibi breuiter est aduertendum quod iudicium sepe peruenit. Aliquando propter ipsius iudicis infidelitatem. Aliquando propter insatiabilem rerum temporalium. quas magis quam deum diligit auaritate. Unde dicitur Iste primo. Principes tui infideles sunt loci furum

munera sequuntur retributiones etc.  
**I**n iusta dicitur que est lata contra  
 ius litigatoris. Nulla tamen transit ius  
 sic ut dictum est. Distinguitur tamen  
 quia quandoque sententia est nulla. nec  
 servatur. Et si contra ius constitutionis  
 est lata expresse. quandoque est nulla. s3  
 servatur donec d nullitate constet. ut si  
 est lata per falsos testes seu falsa instru-  
 menta. qz ista e nulla in veritate. sed est  
 aliqua in opione. De quo de exceptio.  
 cum venerabilis. Quandoque nulla est.  
 et transit in rem iudicatam post triginta  
 dies. ut ibi notatur. De quo per Hosti-  
 ens. in capitulo Cum bertoldus de re iu-  
 di. Sententia ergo que transit in rem  
 iudicatam in actione personali demanda-  
 bitur executione. post tempus quadren-  
 nestre. quia istud tempus condemna-  
 nis in personali actione conceditur a iu-  
 re. ut in capitulo querenti de officio. de  
 lega. Potest tamen huiusmodi tempus  
 artari vel prolongari per iudicem ex cau-  
 sa. sine causa hoc non potest. Alias si ar-  
 tauerit sine causa supplebitur a lege. ut  
 sibi notatur et in specula. de sententia ex  
 communicationis. s. videndum in prin-  
 cipio. Et fiet executio in huiusmodi ac-  
 tione personali isto modo seu ordine. qz  
 precipietur reo q pecuniam in qua con-  
 demnatus est actori sibi soluat Et an ip-  
 se condemnatus ad ipsius pecunie solu-  
 tionem precise cogi debeat victore in-  
 stante et petente recitat Johannes an-  
 dree ibi in additi. specu. q Guilhelmus  
 in ista questione tenuit condemnatum si  
 habet in pecunia ad illud teneri. Si  
 vero non habet victus in pecunia: unde  
 de satisfacet executio fiet in rebus ipsi-  
 us. Et primo in mobilibus. videlicet ut  
 capiantur mobilia si possidet. Si vero  
 mobilia non habet recurritur ad immo-  
 bilia. Si nec immobilia possidet perue-

nitur ad nomina sine iura scilicet ad ip-  
 sius condemnati/debitores sic tamen q  
 nomina debitorum debitum canstentis/  
 um et non negantium pignora capiantur.  
 de q in specu. de sententie execu. s. se-  
 quitur videre. In actione reali sta-  
 tim fit executio postq fit sententia. tran-  
 sivit in rem iudicatam scilicet si regula-  
 ter post decem dies. Unde si actum est  
 est fundum vel domum. et mittendus  
 est actor in possessionem eiusdem rei. sci-  
 licet fundi vel domus. de re iudi. Cum  
 bertoldus in fine. nec sufficit dare pig-  
 nora. sed requiritur corporalis posses-  
 sionis traditio. ut in capitulo Cum aliq  
 bus de re iudi. Et quomodo iudex ma-  
 dat executori suo q eandem rem actori  
 ad iudicatam. seu eius rei veram et cor-  
 poralem possessionem det ipsi actori.  
 Guilhelmus ponit formam in de senten-  
 tie execu. in dicto. s. sequitur. Quia  
 preceptum huiusmodi scribi debet i ac-  
 tibus per notarium. Talis iudex talis  
 curie exequendo sententiam diffinitiuam  
 in causa tali per eum. latam vel per talem  
 inferiorem iudicem vel ipsius delegatum  
 latam. manu talis notarii scriptam vel  
 subscriptam. ac ipsius iudicis sigillo et  
 predicti notarii signo signatam et sigilla-  
 tam. Et precepit et iniunxit tali execu-  
 tori seu cursori siue nuncio. q rem talem  
 tali actori per sententiam predictam ad  
 iudicatam. ac eius nudam et possessionem  
 corporalem det et assignet eidem vi-  
 ctori predictam. et eum amouendo ab  
 eodem. Acta sunt hec etc. Vel fit precep-  
 tum iudicis. per litteras dirigendas exe-  
 cutori. Et possunt tunc scribi sub hac for-  
 ma.

**Iudex tali actori**

etc. Salutem in domino pridem orta  
 inter talem actorem ex vna parte. et

reum de & super tali fundo vel domo. ex eius occasione parte ex altera materia questionis. & causa huiusmodi intentata & introducta in iudicio coram vobis nos in causa eadem iure & iudicario ordinem observatis procedentes. **S**ententiam inimus diffinitivam predicto actori domum peritiam per eundem adiudicando. ac prefatum reum ad traditionem seu restitutionem domus huiusmodi & in expensis lris condemnando. put in ipsa sententia nostra plenius continetur. **U**erum quia parum prodest sententias ferre nisi executioni demandetur. **I**dcirco pro parte memorati actoris humiliter requisiti ad predictae sententiae executionem diximus procedendum. **V**obis ergo in virtute sancte obedientie firmiter & districte precipiendo mandamus quatinus prefatum **R.** actorem in corporealem & realem predictae domus sibi ut preferitur adiudicate possessione inducatis. ac ipsam domum ac eius possessionem tradetis & assignens eius detentorem abinde remouendo. **N**onentes eundem reum **R.** quem nos presentibus perempto. monemus. ut infra sex dies spacium a notificatione presentium sibi facta computandum: quorum duo pro primo. & c. **A**b eiusdem domus detentione & occupatione desistens eam prefato actori vacuam & liberam tradat & ad ipsius corporalem & pacificam possessionem illum admittat sibiq; summam talem florenorum seu librarum denariorum talium pro expensis per eum in lite predicta coram nobis factis restituat ac persoluat. & alias predictae sententiae nostre pareat humiliter & intendat. **A**liquin contra ipsum per censuram ecclesiasticam & alia iuris auxilia prout de iure poterimus procedamus. diem vero & c. ut supra in formis aliorum mandatorum.

Et si executio illius preterea iudicis sit per cursozem seu nuncium. habebit referri iudici diem & formam executionis. **E**t quicquid factum est per eum & huiusmodi relatio scribatur in act. vi delict.

**R.** talis curio seu executor siue nuncius retulit se de mandato talis iudicis in vim executionis sententiae talis in tali causa lata. de tali re reddisse et assignasse tali victori nudam & corporalem possessionem talis fundi. eidem actori per eandem sententiam adiudicatum quam sententiam talis victor detinuit & occupavit.

**U**erum autem delegatus ordinarius possit exequi sententiam suam **N**otatur in capitulo **S**i quis de foro competenti. vel in hoc minores iudices. no. in capitulo **C**um ecclesiarum. de offi. ordi. cum remissis. **E**t quia sunt opiniones. potest dici quod delegati ordinarii etiam alij minoris iurisdictionis hoc possunt per censuram ecclesiasticam: que est simplicis iurisdictionis. sed non per traditionem possessionis quod est mixti imperij. **I**udices tamen indifferenter exequuntur sententias suas per excommunicationem & per missionem. **E**t delegatus principis exequitur sententiam suam infra annum post annum expirat totaliter ipsius potestas. **I**ta etiam quod excommunicatum per eum infra annum. anno elapso non absoluit. ut. le. & notatur de offic. deleg. querenti. **E**x quibus causis vel per quas exceptiones impediri possit executio sententiae. plene no. in capitulo doctor. de re iudi. **E**t in spe. de sententia excommunicata. §. vltimo. **S**ed quo iure petatur executio. **N**otatur in specula. eodem titulo. §. **B**reuitate. **E**t dicit ibi **G**uillimus. quod victor habet ibi duo auxilia. per que ipse exequitur executionem.

scilicet officium iudicis et actionem iudicati non autem per actionem in factum. et in hoc dicit errare multos aduocatos et proceditur summarie sine datione libelli. et lit. contesta. de quo dicendum est ibi. Licet autem sententia transiit in re iudicatam et sic facienda sit ipsius executio ut dictum est. Quibus tamen quando releuatur remedio supplicationis. ut in ca. ex litteris. de resti. in inte. de quo in spe. de supplicationibus per totum vel beneficio restitutionis in integrum ut eodem. per totum. Et tunc ex quo si impetramur principaliter procedetur in causa restitutionis in integrum ordine iuris obseruato. ut de offi. iudi. ca. ij. Et ista causa tunc finiri debet et expediiri infra quadriennium. ut in de. vnica. de resti. in integ. Et libellos in materia restitutionis in integrum. quia raro hic in paribus practicatur obmitto. Et quia ut dictum est. aliquando reus non parens sententie excommunicatur. et aliquando pro contumacia. quia citatus non comparet ut visum est supra in principio processus. Et quia volens parere et absolutionem petens debet absolui ut in capi. cum conuincat de offi. de lega. Ideo ut habentur forme absolutionum. Sciendum quod si quis excommunicatus est pro contumacia. si vult de parento iuri est absolendus sub forma iuris Si offert cautiones de parento iuri et soluendo expensas ratione sue contumacie per aduersarium factis de appel. qua fronte. de iudi. capitulo primo. Et hoc si sententia est iusta quia si est iniusta debet absolui sine difficultate. de rescrip. ab excommunicato cum conuincat. Et intelligendum est etiam quando excommunicatus est pro contumacia vel offensa. Nam si quis est excommunicatus pro contumacia vel offensa notoria. non absoluitur nisi satisfactioe

premissa. ut capitulo ex parte. de verbis rum significa. quo ad offensam manifestam. De manifesta contumacia probatur ut in capitulo venerabilibus. in. s. secus. de senten. excommu. libro sexto. Sequitur forma absolutionis. sub forma iuris. N. talis iudex et c. Rectori tali seu plebano Salutem in domino. quia talis excommunicatus a nobis pro contumacia ad instantiam talis paratum se offert stare iuri coram nobis. Unde ipsum ab huiusmodi excommunicacionis sententia absoluiimus in dei nomine in his scriptis. Et diem talem in quo predicto actori iure pateat coram nobis si bi pro termino precepto. assignamus. Quare vobis mandamus quatinus eundem N. sic absolutum publice nunciatis. Volentes autem predictum terminum actori memorato tempestiue intire vel nunciare. Datum et c. Et breuius sic.

Officialis vel iudex talis tali plebano Salutem in domino. quia talis excommunicatus a nobis pro contumacia ad instantiam talis paratus est die seu feri a tali stare iuri coram nobis. Unde ipsum sub forma iuris absoluiimus. N. va. vobis quatinus eundem. N. sic absolutum publice nunciatis. et predictum terminum volumus actori mature nunciari. Datum et c. Et ista forma coram ordinario sic frequentatur In aliquibus locis absoluitur excommunicatus per vicem a vinculo excommunicationis et remittitur ad sacerdotem ad reconciliandum de peccato inobedientie pro quo fuit excommunicatus. Et huiusmodi vero reconciliationis formam ponit Guillelmus in specul. de sententia prola. in versicul. debet autem fieri ista absolutio cum psalmo penitentiali. Possit etiam forma absolutionis extendi quoad et vi

latari narzando processum habitū. et cō  
tinuacīe qualitatem et alia. sicut faciunt  
quidam delegati sub hac vel consimili for  
ma. **¶** **I**n prepositis vel decanis ecclesie  
talis iudex delegat? et c. **¶** **U**niversis et sin  
gulis prepositis. decanis. scolasticis. cā  
toribus. thesaurariis. ebdomadariis. ple  
banis. vicariis. altaristis. ceterisque divi  
norum rectoribus et vicibus eorum tenendi  
bus seu gerentibus. clericis et notariis  
publicis quibuscumque per talem civitatem  
et dioce. magunt. ac alias ubilibet con  
stitutis: qui presentibus fuerint requisi  
ti. **S**alutem in domino et mandatis no  
stris immo vtrius apostolicis firmiter  
obedire. **C**um in causa que inter talem  
actorem ex vna parte. et talē reū pre  
altera de et super tali re vel debito ferretur  
coram nobis. **E**t predictus actor prefata  
reō libellum in scriptis obtulisset.  
**N**os eidem reō diem talem ad respon  
dendum eidem libello. vel exceptiones  
dilatorias sibi forsitan competentes p  
ponendum pro termino precepti. duxi  
mus assignandum. **S**ed quia in termi  
no huiusmodi idem reus minime com  
paruit per se vel responsalem et exceptio  
nes aliquas preponere aut predicto li  
bello respondere contumaciter non cu  
rauit. **I**dcirco idem **M**. reus pro contu  
macia huiusmodi monitione premissa  
per nos fuit et est excommunicationis vin  
culo innodatus. **N**unc autem reus ipse  
se presentans coram nobis petiit humili  
ter et deuote ab huiusmodi excommuni  
cationis sententia se absolui. offerens iu  
dicio fisci. seu de parte iuris cautioni.  
etiam dicens se paratum parti aduerse  
satisfacere congrue de expensis. **U**nde  
citato adhuc ipso aduclario et presente  
vel contumaciter absente: ac recepto ab  
ipso excommunicato prius iuramento sed  
formā iuris dpendo mādāt ecclesie et p

grua facienda satisfatione expensarum  
euz ab huiusmodi excommunicationis  
vinculo absoluius. et c. vt supra. **E**t  
cautelam de custodienda et referuanda  
absolūōne dat glosa in capitulo expo  
sunt. de cleri. excommuni. ministra.  
**E**t **G**uil. in spe. de sentent. prolatio. §.  
**N**unc autem. vt. absolūōnem autem  
**D**um vero excommunicatus pro debi  
to vel pro re iudicata vel pro crimine.  
vel offensa manifesta satisfecit. tunc sim  
pliciter absoluetur sub hac forma  
**O**ffici. et c. quia talis excommunicatus  
pro re iudicata vel pro tali manifesta of  
fensa ad instantiam talis de huiusmodi  
iudicato seu offensa satisfecit. **I**dcirco eū  
absolūōnem petentem absoluius in  
dei nomine in his scriptis **M**andant.  
et c. vt supra. **D**e absolūōne ad cautelā  
quomodo et qualiter fiat. notatur in ca  
pit. apostolice de excep. et in ca. solet. de  
sen. excom. li. vi.

**De processu iuris sine strepitu.****Plus ē supra**

de processu ordinario qui i cau  
sis regulariter obseruatur. **S**ed est qui  
dam specialis processus qui obseruatur  
quando iudex simpliciter et de plano si  
ne strepitu et figura iudicij procedit. **E**t  
quis ordo tunc seruandus sit traditur i  
cle. sepe. de verbo. significa. quia libellus  
necessarius non offeratur. **E**st tamen dā  
da petitiō summaria in scriptis vel faci  
enda verbo. et i actis redigenda. **I**tem  
procedetur sine lit. cont. ac sine conclu  
sione: que tria in processu ordinario sūt  
de substantia vt ibi dictum est. **P**otest  
etiam ferre sententiam diffinitiuam sū  
do quod in alijs non possit etiam ibi  
no. **E**t valet citatio ad sententiā audiē

dam etiam non peremptor: que alias sufficiens non esset. Item in isto processu fortius q̄ in alio debet iudex amputare materiam dilationum: retinere iugia partium et testium multitudinem. Et procedere potest tempore feriarum in fauorem hominum introductarum. Et ita sunt plura in hoc processu specialia scilicet. xi. vel. xij. vt nota. i illa cle. sepe. de verbo. signifi. in glo. prima. Et processum huiusmodi aliquando iudex tenetur seruare. aliquando potest si uult quia si princeps mandat sic procedi vt facit in consensu orijis studiorum: tunc ita iudex tenetur procedere. Valet tamen processus si ordo iudiciarius partibus omnino non contradicēibus fuerit obseruatus. vt in cle. sepe allegata. Sed potest iudex sic procedere si uult scilicet in causis priuilegiatis a iure super tali processu. Et iste sunt quatuor species cause. beneficiale. matrimoniales. decimarum et usurarum. in istis relinquitur potestati iudicis si uult procedere simpliciter et de plano. vel ordine iudicium obseruare. vt i cle. dispensatam. de iud. ver. de hoc in glo. non licet. Et quia potest iudex vt dictum ē in istis causis obseruare ordinem. et sic libellum exigere. in quo continentur acta ipsius rei contra actorem suum vt iudex ipsa perlegat examinat et memorie commendat et recte sententiam finaliter proferat.

**Qualiter ergo i causa beneficiali formandus sit libellus uideamus. et potest sic concipi.**

**Q**uoniam vobis honorabili viro domino auditore vel iudice proponit procurator. p

curatorio nomine discreti viri **A.** canonici ecclesie beate marie virginis erfordensis maguntinens. dyocesis. conquerens in iure aduersus **B.** clericum se asserentem dyocesis eiusdem et quem libet alium pro eodem in iudicio legitime interuenientem. Et dicit quod licet prefato **A.** vigore gratie apostolice eidem de canonicatu sub expectatione prebende in ecclesia sancte virginis marie predicte in speciali facte cononitatus et prebende. per mortem quondam canonici eiusdem ecclesie beate marie dum vixit canonici prebendati. tunc vacantis per certam executores. ad hoc specialiter a sede apostolica deputatum fuerint et sunt collati et sibi de eisdem sit prouisum **Ac** ipse **Arnold.** ad canonicatum ac prebendam huiusmodi per eundem executores inuestitus existat. Sic quidem canonicatus et etiam prebenda cum suis iuribus et pertinentijs suis vniuersis pertineant et pertinere debeant ad eundem. **T**amen prefatus **Bertold.** ad eodem canonicatum et prebendam se intrusit de facto et intrudi fecit et procurauit. **Ac** intrusionem de se factam tam habendo predictos canonicatum et prebendam detinuit et occupauit. detinet et occupat. fructus. redditus et prouentus. iura et obventiones prouenientes ex eisdem. percepit et imbutauit. percipit et imbutat. **Neq̄** prefato **A.** opposuit et opponit. ac eum impedit et impediuit. fecitq̄ et facit per intrusionem occupationem et alia supradicta: quo minus ipse **Arnold.** canonicatus et prebende huiusmodi. ac iurium ac pertinentiarum earundem possessionem: seu quasi assequi possit. et habere animesue periculum et predicti **Arnold.** p iudicium et detrimentum. **Quare** agit et petit. procura. quo supra nomine procur

ratoris quatinus vos domine auditor seu iudex reuerende precognito quantum sufficit de premillis pronuncietis de ceteris et declaratis canonicam et prebendam et predictos ad memoratum A. pertinuisse de iure et pertinere. Et eos eidem A. adiudicandum fore. ac adiudicari debere et adiudicatis. Intrusionem et retentionem occupationem et alia premissa temeraria illicita et iniusta fuisse esse. Et predictum B. occupatorem ab occupatione impedimentis et alijs predictis compescendum et compescatis sibi de prefatis silentium imponendo et imponatis super eisdem et canonicam et prebendam et eorum retentionem eum remouendum et remoueat. Predictus A. in possessionem seu quasi eorundem canonicam et prebendam. Juriumque pertinentiarum ipsarum inducendum et inductum defendendum atque reducatis et defendatis seu induci et defendi precipiat. Ipsum B. predicto A. in fructibus perceptis et expensis litis legitimis. nihilominus condemnato per vestram diffinitiuam sententiam et eius executionem. Nec petit coniunctim et diuisim ad necessariam probationem solus se astringens. officium verum in premillis omnibus et singulis quantum oportuerit humiliter implorato. saluo iure corrigendi addendi minuendi etc. ut est moris. Iste libellus procedit quando agenti beneficium iam est collatum ita quod est suum. et habet ius in re. si vero nondum esset sibi collatum vel de eo prononciatum. sed conferendum ita quod non est suum. sed sibi debitum esset ius ad rem. De quo de rescrip. auditor in cle. i. glo. Si pronuncaret. tunc secundum hoc debet mutari libellus. scilicet narrando quomodo beneficium tale de tali causa sibi esset debitum. Et petendo id sibi debitum et conferendum sibi prononciari. Et tunc audi-

tor qui pronunciat illud ei debitum potest sibi sine nouo mandato de illo prouidete ut circumstans euitetur. ut in cle. alle. cap. auditor de rescrip. Et etiam debet fieri mutatio libelli secundum quantitatem facti. et plures libellorum formas ponit gnil. in spe. de prebe.

Si beneficium est de iure patronatus tunc presentatus sic format libellum suum.

**O**ram vobis etc. Et dicit quod licet A. predicte ad ecclesiam et vicariam talem. per mortem quondam c. vl. recto. eiusdem vacantis. per d. clericum vel laicum ipsius ecclesie vel vicarie verum patronum et in iure patronatus ecclesie vel vicarie eiusdem in possessione vel quasi existentem. ac pro tali habitu communi iure et deputatum vobis domino preposito vel archid. vel offi. infra tempus debiti quadrimestre presentatus existat. ad inuestiendum tamen predictis B. presentationi cuiusmodi facite et inuestire faciete se opposuit et opponit temere. impediuit et impedit frivole. ac fecit et facit minus iuste. Quominus presentatio predicta per vos admissa fuerit suum debitum sortita atque sortitatur effectum. Agit igitur et petit procurator predictus nomine quo supra. per vos precognito quantum sufficit de premillis. prononciari decerni et declarari presentationem de prefato A. ut prefertur fuisse factam esse admittendam et admitti. Ipsumque A. ad ecclesiam vel vicariam predictam inuestiendum et inuestiendum fore inuestiri et inuestiri. Et in corporalem ac realem ipsius ecclesie seu vicarie iuriumque et pertinentiarum eiusdem possessionis vel quasi inducendum et induci predictoque B. aduersa latio super opposicione et impedimentis

ad ecclesiam seu vicariam talē ppetuū  
 silētiū imponēdū r imponi. Et ab  
 ipsiſ impedimētis ab oppoſitōe eſſe  
 ppeſcendū ac ppeſci veſtra ſentētia diſ  
 ſinitiva r cenſura eccle. mediāte. Nec pe  
 tit coniunctim r diuiſim vna cū expenſ  
 l. l. r. Iſta petitio colligit ex no. per In  
 no. in c. cum bertoldus. de re iud. Et q  
 dam addunt in libello peto preſentatio  
 nem admitti r pñtationem aduerſarij p  
 non patronū r eum qui nullum ius pñ  
 tandi habz factam caſſari. r. de quo i. c.  
 cum bertoldus. ſed non eſt curandum.  
 Et ſi aduerſarius preſentatus a nō pō  
 no iam eſſet inſtitutus ſm hoc aliter for  
 maretur petitio iſto modo. peto talem a  
 non pōno nec iuriſpōnatiſ poſſeſſore  
 pñtatum. r male inſtitutum ab illo bñ  
 ficio amoueri r meā preſentationē a dō  
 patrono factā admitti ipſum beneficiū  
 mihi adjudicari r me ad illud inſtitui r  
 inueſtiri r. vt in ca. cum bertoldus. ſup  
 alle. Et ſi forte preſentator in veritate nō  
 eſt patronus ſed ſolum poſſidet ius pō  
 natiſ cum bona fide. Tunc preſentator  
 non dicat in libello ipſum eſſe patronū  
 ſed ipſum fuiſſe tpe preſentationis r eē  
 in poſſeſſione vel quaſi iuriſpōnatiſ  
 r ſufficit. vt in c. pſultationibus. de iur  
 patronatus r. de quo etiā no. in c. ij. d  
 reſti. in inte. cum ſimilibus. Cum autēz  
 de iure patronatus agitur inter pōnos  
 qualiter tunc cōcipiatur libellus ponit  
 Guil. in ſpe. d. iij. pa. r poteſt ſic forma  
 ri.

**Coram vobis pre**  
 ponit conquirendo in iure proc. nomie  
 pcuratorio diſcreti viri A. layci aduer  
 ſus B. laycum. Et dicit q licet iurpō  
 natiſ talis eccleſie vel vicarie. ad pre  
 dictum A. pertinere r pertinere debeat d  
 iure Ipſe qz A. fuerit tempore ſpoliatio

nis infra ſcripte in poſſeſſione vel quaſi  
 iuriſpōnatiſ eccleſie vel vicarie eiuf  
 dem. Tamen predictus B. die anno r  
 menſe tali. quendam D. ad eccleſiam  
 ſeu vicariam predictam. tunc certo mo  
 do vacantem vobis preſentavit. Ipſuz  
 a poſſeſſione vel quaſi iuriſpōnatiſ pō  
 dicti ſpoliando. Quare agit r petit. pcur  
 ator predictis quatinus vos domine  
 iudex precognitiſ quantū ſufficit de pre  
 miſſis nunciatiſ r decernatiſ r declare  
 tiſ iurpōnatiſ eccleſie vel vicarie  
 predicte ad preſatam A. pertinuiſſe r p  
 tinere preſentatiōem qz r ſpoliationē p  
 dictas r temerarias r illicitas iniuſtas  
 eſſe r fuiſſe ac eundem A. in pñſinū ſta  
 tum poſſeſſionis ſeu quaſi eiufdem iur  
 riſ reponendum eſſe r reponendum r reducere  
 dum fore reſtitui reponi r reduci debet  
 re. Reſtitutiſ qz reponatiſ r reductiſ  
 per veſtram ſentētiā diſſinitivaz. Et p  
 iſtum libellum intentatur poſſeſſozium  
 r petitozium. Poſſet etiā alterum tā  
 tum intentari. vt dictū eſt in alio pceſ  
 ſu circa formas libellozum. Et iſta cauſa  
 ſuper iure patronatus non eſt beneficia  
 lis. cum de titulo beneficiali non agat.  
 Ante in ea pcedendum eſt ordine iudi  
 cialiſ obſeruato

**Sup** primo libello pñt ſic formari  
 poſitiōes r articuli

**T** primis ponit r  
 probare intendit q in dyoce. magunē.  
 in terra thuringoz fuit ante. x. xx. xxx. r  
 circa vel vltra. r a tempore de quo vel d  
 cuius initio ſiue contratio memoria ho  
 minum non exiſtit fuit r eſt quoddam o  
 pidum vocatam communiter opidum  
 erforb. habens diuerſas eccleſias colle  
 giatas r parrochiales. ac alias palam r  
 notorie. Item q in eodem opido erfor  
 b. in aliſ ecciſas ibidē fuit a pdicto tpe

et per idem tempus et est etiam collegia  
ta ecclesia beate marie virginis ab erfor  
de. communiter appellata. habens pre  
positum decanum et capitulum. certas ac di  
stinctas prebendas ac iura alia ecclesie  
collegiate publice ac manifeste. Item quod  
de premissis et signanter omnibus fuit  
et est publica vox et fama. Item ponit et  
probare intendit. quod sanctissimus in cri  
sto pater et dominus noster Innocentius  
diuina providentia papa modernus. pre  
dicto C. gratiam faciendo speciale. die  
tali. mense tali canonicatum in ecclesia  
predicta. predicto N. contulit et ipsum  
per decanum et capitulum recipi manda  
uit in canonicum et fratrem. stallumque i  
choro et locum in capitulo cum iuris ca  
nonici plenitudine eidem assignari. Item  
quod prebenda si qua tunc vacaret vel qua  
in posterum vacare contingeret ecclesia  
in eadem. eam predictus A. infra mens  
spacium unius acceptaret. predictus do  
minus noster papa eidem A. cum omni  
bus iuribus et pertinentiis suis unuer  
sis conferre et de ea sibi provideri. ac ip  
sum ad eandem in ipsiusque ac iurium p  
tinentiarumque possessionem eiusdem vel  
quasi inuestiri et induci. inductumque tueri  
et defendi voluit et mandavit. Item quod  
idem dominus noster papa ad collatio  
nem provisionem et inuestituram et ali  
as predictae gratie collate debitae et esse  
ctualem executionem faciendum. certum  
vel certos executores deputavit. Item  
quod memoratus A. gratiam predictam sibi  
ut premissa faciam ratam habens et  
gratam. super eum litteras in forma con  
sueti extrahi et processus per executores  
fieri procuravit. Item quod de premissis  
omnibus et singulis fuit et est publica vox  
et fama. Item ponit et probare intendit  
quod Anno domini. M. cccc. lxxij. die  
tali. mensis talis. et ante. **Quidam**

**N.** fuit canonicus et predictae ecclesie beate  
ma. certos prebendatos et ceteros cano  
nicatos et prebendam in eadem ecclesia ha  
buit et possedit. Item quod idem N. cano  
nicus anno et mense predictis. die tali  
diem suum extra romanam curiam clausit  
extremum. Quod per ipsius obitum ca  
nonicatus et prebenda predicti. quos in  
prefata ecclesia obtinebat vacare incepe  
runt et vacauerunt et vacare communiter  
reputabantur palam et manifeste. Item  
quod predictus N. vel talis eius procura  
tor predictos canonicatos et prebendam  
sic vacantes tanquam gratie predictae vigo  
re sibi et nulli alteri de iure debitos. die  
tali mense tali predictis. cum protestati  
one consueta acceptavit. Item quod per ta  
lem predictae gratie executores A. pre  
dictis canonicatum et prebendam sibi con  
ferri. de eisdem provideri. Ac se in ipso  
rum iurium et pertinentiarum. in eorum  
dem possessionem seu quasi inuestiri ob  
tinuit die tali. Item quod de premissis om  
nibus et singulis fuit et est publica vox et  
fama. Item ponit quod A. predictis tem  
pore gratie sibi facte. ac collationi. provi  
sionis et inuestiture predictarum fuit et  
est clericus vel sacerdos et in communione  
fidelium de legitimo matrimonio pro  
creatus. Et alias abilis et idoneus ad  
ecclesiasticum beneficium maxime cano  
nicatum et prebendam supradictos ob  
tinendum. Item quod B. aduersarius ad  
predictos canonicatum et  
prebendam post predicti quoddam N. mor  
te se intrusit seu intrudi fecit et procura  
uit. Ipsosque canonicatum et prebendam  
detinuit et occupavit. Unde et occupat  
fructus redditus et proventus ex eisdem  
provenientes. percipit percepit et imbu  
lavit et imbulavit. ac prefatum impedit  
et impediuit. fecitque et facit per intrusi  
onem. occupationem et alia predicta quod

minus gratia collatio, puiſio ⁊ inueſti-  
tura ⁊ alia premiſſa ſuum debitum ſor-  
tiri poterint ⁊ ſortiant effectum. **E**t pre-  
dictus. a. poſſeſſionem ſeu quaſi poſſeſ-  
ſionem canonicatus ⁊ prebende predi-  
ctorum aſſequi poſſet libere ⁊ habere.  
**D**at inſuper libellum pro parte ſua ob-  
latum. ac producta ⁊ producenda i hac  
cauſa in quantum faciunt pro parte ſua  
poſitiones ⁊ articulos ⁊c. ac etiam  
denotatum ſignis ⁊ ſigillis. **S**aluo iu-  
re addendi. corrigendi. ſupplendi. de-  
clari ⁊c. vt eſt moris ⁊ ſtili.

**Q**uando benefici

um eſt de iure patronatus tunc ex libello  
ſeu petitione formant poſitiones ⁊ arti-  
culos in hunc modum. **P**oſitiones ⁊ arti-  
culos vt ſupra in alijs. **I**n primis ponit  
⁊ probare intendit qd in oppido erfor-  
deſi. maguntineſi. dioceſi. a. x. xx. xxx. xl.  
annis citra vel vltra. ⁊ a tempore ⁊ per  
tempus d cuius contrario ſeu initio nō  
eſt in memoria hominū. fuit ⁊ eſt certa  
eccleſia parochialis appellata cōmūiter  
ſancti pauli erfordeſi. **Q**uod in eadem  
eccleſia fuerunt ⁊ ſunt certe vicarie ppe-  
tue a ſecularib⁹ clericis ſolite gubernari  
**I**tem qd inter alias vicarias perpetuas  
in eadem eccleſia exiſtentes. fuit a tpe ⁊  
per tempus de quo ſupra. ⁊ eſt certa vicaria  
ad altare ſancti talis palam ⁊ notorie.  
**I**tem qd vicaria huiusmodi ppetua  
per talem laicum inſtaurata eſt ⁊ fun-  
data. ac de bonis ſuis dotata. ⁊ per loci  
dioceſanū confirmata. **I**tem qd ius pa-  
tronatus vicarie eiſdem eidem inſtau-  
ratori ⁊ ſuis heredibus ſeruati⁹ exiſtit  
ac pertinuit ⁊ pertinet ad eorūdem. **I**te  
qd de premiſſis omnibus ⁊ ſingulis fu-  
it ⁊ eſt publicorū atq; fama. **I**tem po-  
nit qd predictus. **N.** fuit pſentat⁹ quōdam

inſtauratoriſ filius legitimus ⁊ natu-  
ralis. eidemq; patri ſuo in bonis p eum  
relictis. ⁊ maxime in iure patronat⁹ pre-  
dicte vicarie in ſolidum heres ſucceſſit  
ac hereditas paterna cuꝝ iure p̄dicto fu-  
it ⁊ eſt ad eum tanq; verum heredem ⁊  
proximū deuoluta. **I**tem qd idem. **N.**  
filius ⁊ heres quondam. **D.** predicte vi-  
carie vicarium ad eandem vicariā tunc  
certo modo vacantem vobis dño. offi-  
ciali pſentauit. qd eadem pſentat⁹  
tio per vos admiſſa fuit. ⁊ idem quon-  
dam pſentatus ad pſentationē ean-  
dem ad predictam vicariam inſtitutus  
eam tenuit ⁊ pacifice poſſedit. **I**tem qd  
predictus. **N.** fuit ⁊ eſt in iure patrona-  
tus memorate vicarie poſſeſſor vel qſi.  
**I**tem de premiſſis omnibus ⁊ ſingulis  
**I**tem qd de anno domini tali. die tali.  
menſe tali bone memorie. **D.** predictus  
vicarius vt premitit⁹ vicarie p̄dicte no-  
uiſſim⁹ fuit vniuerſe carnis viā iꝑreſſ⁹.  
**I**tem qd per eiſdem quondam. **D.** no-  
uiſſimi ſepedicte vicarie rectoris morte  
iſta vacare incepit vicaria. vacauitq; ⁊  
vacare reputata fuit palam ⁊ notorie.  
**I**tem qd. **N.** predictus ipſi⁹ vicarie pa-  
tronus. ⁊ iure patronatus eiſdem poſ-  
ſeſſor. pſentat⁹. **N.** ad eandem vicariā  
ſic vacantem die tali menſe tali. āno ſu-  
p̄dicto. vobis domino officiali p cert-  
tas litteras ſuas ipſi⁹ ſigillo ſigillatas  
pſentauit. **I**tem qd tempore pſenta-  
tionis huiusmodi idem. **N.** pſentat⁹  
fuit. put eſt in etate legitima ⁊ in iuri-  
bus ordinibus. ⁊ in cōmunionē fidei-  
lium aliaſq; habilis ⁊ idoneus ad bene-  
ficiū huiusmodi obtinendum. **I**tem  
qd. **B.** aduerſarius memoratus p̄textu  
eiſdem pſentationis p non patronū  
nec iuris patronatus poſſeſſorem de ipſo  
p̄dicto. a. ⁊ pſentatione d̄ eo vt pre-  
ſentat⁹. per verum patronum facte oppo-

fuit de facto. et oppōit impedit et impedi-  
diuit. ac fecit et facit. Quo minus eadē  
presentatio per vos admiffa fuit et est p  
inftitutionem et inueftituram ac alia fu-  
um debitū fortita atq; fortiatū effectū  
Item q; de premiffis et c. dat etiam li-  
bellum seu petitionem. faluo iure corri-  
gendi et c. Et fi presentatus est a patro-  
no: sed nō est in poffeffione presentādī.  
vel fi forte est poffeffor iure patronatus  
bona fide. licet in veritate non fit patro-  
nus. fm hoc forment' articuli vt dictū ē  
circa libellum in hac materia.

In causa matrimoniali sic potest cō-  
cipi libellus.

**C**oram vobis ho-

norabili viro dño preposito vel officia.  
ppōit pcurator nomine procuratorio  
A. aduersus. B. puellam. et quēcunq;  
alium pro ipsa. b. legitime in iudicio in-  
teruenientem. et dicit in iure conque-  
rēdo q; licet inter. a. et b. predictos ma-  
trimonium legitime fit contractum per  
mutuum et simultaneū vtriusq; consen-  
sum verbis de presenti ad hoc aptis vlt-  
tro citroq; interminatū vtroq; dicēte  
ego recipio te in meā et ego te in meū.  
Nec te dimittam pro meliori vel deteri-  
ori. subaratione etiam mutua subsecu-  
ta. vel artus datus hinc inde et receptis.  
tamen. b. predicta matrimoniū huius-  
modi per corporalem copulam consum-  
mare predicto. a. tanq; marito suo ad-  
berere. et cum vxorali affectione pertra-  
ctate recusat in piculū anime sue. Qua-  
re agit et petit pcurator predictus quo  
supra nomine per vos pnuñciari decer-  
ni et declarari sententialit' et diffinitive  
matrimoniu inter. a. et b. supradictos  
fuisse et esse contractum. dictamq; b.  
eidem. a. in vxorem adiudicandā. et ad

matrimonium de quo agitur. et ipsius  
psummatiōz faciendum ac vt sibi tanq;  
marito adberere. Et eum taz in lecto q;  
extra cōiugali affectione pertractet. con-  
demnandum et compellendum fore. ad  
iudicareq; cōdemnari compelli iusticia  
mediante. Nec petit vna cum expensis  
litis. Item potest etiam matrimonium  
contrahi per alia verba. de quo in. ca. ex  
leis. et in. c. si inter. de spō. Et sic forme  
libellus fm q; se habebit factū. Si vō  
matrimonium iam est corporali copula  
psummatum. et aliq; diu ipsi coniuges  
cobabitauerunt. Sed tandem alter eoz  
ab alio se diuertit et eum dimittit. tunc  
dimissus potest agere petitorio et pos-  
sefforio. sed cautius est agere posseffo-  
rio. oportet tamen testimonioz petentē  
pbare coniugium et copulam. quia ista  
poffessio non habet sine iure. vt in. c. ex  
transmissa. de testi. spō. Et tunc forme  
sic libellus. Coram vobis honorabili vi-  
ro archidiacono vel offi. et c. ppōit p-  
curator nomine pcuratorio. a. viri con-  
querendo in iure aduersus. b. mulierē.  
Et dicit q; licet dudum. b. mulier supra  
dicta cum prefato. a. cōtraxit matrimo-  
nium et traductōe ac carnali copula sub-  
secura. sibi in loco tali per plures ānos  
vel menses cobabitauit tanq; vxor. et  
in omnib' affectione vxorali ptractāto  
Tamen de anno tali die mēse tali. ipsa  
b. nescit quo spiritu deducta. a. predi-  
cto. a. se diuertit sine iudicio ecclesie. et  
eundem dimittit ppria temeritate. euz  
poffessione vel quasi ipsius et iure cōiu-  
galis in ea desūmendo temere et spoliā-  
to in anime sue detrimentū. Agit igit'  
et petit pdict' pcurator noie pcuratorio  
q; supra. quātū p cognito quātū sufficit  
de premiffis pnuñciens decernatis et de-  
claretis diuisionē dimissioz et spoliatoz  
pdict' fuisse et esse temerarias illicitas

et iniustas temere et illicite et iniuste de facto presumptas. ipsumque. a. ad possessio- nem seu quasi predictae coniugis sue et iuris coniugalis in ea restituendum et reducendum fore ac reducatis et restitutis. ac ipsa. b. ut ad eundem. a. quem inconsulte dimisit redeat et coniugalia obsequia sibi prester sicut prius. ad denandam et cogendam esse. ad denandam et cogendam per vestram diffinitivam sententiam et censuram ecclesiasticam et alia remedia opportuna. **Dec petit et.** Si autem vxor opponeret marito restitutionem petenti exceptionem sanguinitatis in gradu prohibito. **In facienda sit restitutio. notat et habet in. c. litteras. de resti. spo. de ma. etiam libelli in. c. con questione. e. ti. vbi de hoc.** Aliquando autem agit inter coniuges ad diuortium. et hoc dupliciter. quod quibus per separationem quam ad vinculum. quibus quantum ad thorum et mutuam seruitutem. **In primo cum agit ad separationem vinculi taliter de facto contractam tunc dicitur sic libellus. Coram vobis et. pponit. procurator nomine. procuratorio a. viri. aduersus. b. mulierem. Et dicit quod licet. a. et. b. predicti sibi inuicem attulerint et sint in tertio vel quarto gradu sanguinitatis coniuncti. Et licet predicti. a. et. b. affines existant in primo affinitatis genere. et in primo vel secundo vel tertio gradu. ipsi tamen de facto matrimonium contractauerunt. Illud etiam carnaliter consummando. Quare agit et petit predictus procurator nomine. procuratorio quo supra per vos recognito quibus sufficit de premissis pronunciarum decerni et declarari. inter. a. et. b. predictos. consanguinitatis et affinitatis impedimento predicto matrimonium non esse nec subsistere posse. Ipsosque sicut de facto contractauerunt. de facto diuortizandos et separandos fore. et cohabitacione ac mutua seruitute ac vinculo facti absoluendos. diuortizari sepa-**

rari et absolui. variisque predicto. a. licentiam ad vota alia conuolandi sententiam diffinitiuam. **Dec petit. vestre ad hoc officium humiliter implorando. Et idem de alijs impedimentis: que habent in iure corrupte matrimonium. mutatis mutandis.** **In secundo vero casu cum agit ad separationem thori que fit propter adulterium sic concipitur libellus et. Coram vobis et. pponit. procurator nomine. procuratorio a. mariti. conquerendo in iure contra. b. mulierem. eiusdem. a. vxorem. et eam accusando seu denunciando dicit quod predicta. b. vxor post contractum in ipsam et predictum. a. matrimonium de anno tali die tali. mense tali. cum. c. viro in tali loco. et in camera tali in legem coniugii committendo. et thorum violando adulterium perpetravit. Seu eidem. c. adhefit publice et adhefit cum eadem adulterando. Quare petit. procurator predictus quo supra in oie. quatinus recognito quantum sufficit de premissis pronunciarum decerni et declarari predictos. a. et. b. coniuges ad instantiam et petitionem ipsius. a. mariti propter predictum adulterium vxoris separandos et diuortizandos fore: quo ad thorum et mutuam seruitutem. atque separatis per vestram diffinitivam sententiam. Aliquando addit: atque totum eidem. a. adiudicandum et adiudicetis. ut in capitulo. de dona. inter vi. et vxor. **Isto modo agit de crimine adulterii civiliter Et debet in libello exprimi tempus et locus. sed in scripto non est necessaria. de quo et de materia huiusmodi libelli in. c. me. de procur. vi. et in. c. i. ut lit. non contestata. cum remissis. Et quando sic agit de adulterio ad separationem thori: non est causa matrimonialis. quia non agit de federe matrimonii. sed de crimine adulterii. Et ideo in processu talis cause ordo iudicialis observari. Ita habet in. ca. i.****

vt lit. non contesta. Sicut in simili dixi de causa beneficii & causa super iure patronatus.

**S**uper libello in causa matrimoniali quando agitur de coniugio: positiones & articuli sic formantur.

## Positiones & articuli

vt in precedentibus formis articuloz. In primis ponit & probare intendit qd de anno dñi. M. cccc. lxxi. in mense septembri. a. & b. predicti in domo vel in loco tali. vel in domo tali. cōueniunt ad inuicem ad matrimoniu contrahendum. & ibidem de p̄trahēdo per eos matrimonio simul contract⁹ habuerunt. Item qd tandem per tractatus hmoi ad concordiam venientes. matrimoniu per consensum mutuum & simultaneū ibidem ad inuicē p̄traxerūt. Item qd per cōsensum tali modo matrimonialē idem. a. & b. verbis de p̄nti ap̄is vtroq; citroq; intimauerūt. exp̄sse vtroq; dicentes: ego te recipio in meā. & ego te recipio in meum. vel p̄ meliori vel peiori te dimittere non intendo.

Item qd in signū matrimonij int̄ eosdē a. & b. vt p̄ferē contracti. ipse. a. eidē b. sponse sue anulū vnum tradidit. & ipsa b. eidem. a. sponso suo circulū vnū argenteū tradidit: que hinc inde sic data arze nomie receperunt. Item qd tpe contractus p̄articulati. a. & b. p̄dicti puberes & alias ap̄i & idonei fuerūt ad matrimoniu p̄trahendum palam & notorie. Item qd de p̄missis omnibus & singulis fuit & est publica vox & fama.

**P**ossent positiones & articuli p̄ aliū modum sic formari. In primis ponit & probare intendit: qd. a. & b. predicti die tali currentis anni vna cū certis p̄sonis

alijs fuerunt in tali loco p̄gregati. Item qd predictis. a. p̄sa. puella & mulieri. b. supplicauit vt cum eo matrimoniu contraheret: seu ipsum ad maritū recipere vel ducere dignaretur. promittens eaz habere in vxorem & nunq̄ dimittere. p̄ meliori seu deteriori. Itē qd p̄dicta. b. in ipsum. a. consentiens. statim dixit qd cum eo libenter velle p̄trahere. & eum ducere vel recipere seu habere in maritū. Item qd idem. a. & b. ibidem ad inuicē matrimoniu cōtraxerunt. vnus alteruz mutuo p̄sensu consuetis verbis exp̄ssis recipiendo dicente. a. se ipsaz. b. recipere & de cetero habere velle in vxorē. & eaz nunq̄ meliori vel peiori dimittere. Ac similiter. b. dicente qd ipsum. a. in suuz recipet & habere velle eum in maritū. Cum agitur ad disiungendū p̄ imp̄ dimētū. positiones & articuli sup libello sic formentur.

## Positiones & articuli

vt c. & ponemus qd vocent̄ seius & ticia de quoz matrimonio agitur. In primis ponit & probare intendit qd in tali loco oppido vel villa. erāt olim & morabant̄ quondā martin⁹. & quondā berta mulier palā & notorie. Itē qd idē. m. & b. fuerūt soroz & frat. & se tales nominauerūt gesserūt habuerūt ac tenuerūt ac ab alijs cōiter tenti & notati habiti & reputati fuerūt. Itē qd ex predicto quondā m. descendit lotari⁹. & fuit fili⁹ natural̄ eiusdē. qd est palā & notorius. Item qd idē lotari⁹ p̄dicti seyū genuit. ipseq; lotari⁹ p̄ fuit eiusdē seyū naturalis. Itē qd ex alio latere de p̄dicta berta mulier reb erga descendit ipsi⁹ berte carnalis filia. Itē qd eadē reb erga ticia p̄dictā filiam suā p̄creauit. Itē qd de p̄missis omnibus & singulis fuit & est & c. Itē qd seyus & ticia p̄notati sic exsistentes p̄ sanguinei &

in consanguinitatis gradu ticio cōiuncti  
 tali tempore inuicem de facto et quātuor  
 in eis fuit matrimonium contraxerunt et  
 carnali copula subsecuta: sibi tanquā cō-  
 iuges inuicem adhaeserunt et adhererēt de fco.  
**I**n actione iniuriarum quā agit civiliter  
 ad interesse concipitur sic libellus. Coram  
 vobis pōit procurator procuratorio nomine  
 discreti viri tici conquerēdo in iure ad  
 uersus sempronium seu quēcūque alium  
 pro ipso in iudicio legitime interueniē-  
 tem. Et dicit quod licet ticius prefatus fue-  
 rit ab annis discretis siue et sit homo  
 pacificus et bone fame: statim integre lau-  
 dabilis vite et conuersationis honeste  
 de legitimo genitō matrimonio. Et ut  
 talis ac per tali cōmuniter habitus tenet  
 nominatus et reputatus. Tamen d' anno  
 corrente vicij. **D**.cccc. lxx. die tali. mē-  
 sis talis. in tali domo vel vico predicto  
 sempronius inelicitur quo spiritum ducto  
 memoratū ticium animo sibi iniuriandi  
 verbis affectu iniuriosis dicendo expresse  
 et nominando ipsum ticium filium me-  
 reticis vel hereticum seu nequam pessimū  
 vel d' eo malum cantauit canticū  
 seu carmen famosum: seu libellū famo-  
 sum de ipso scripsit videlicet in tali forma  
 etc. quam iniuriam eidem ticio per eundē  
 sempronium illatam: idem ticius reuoca-  
 nit et reuocat ad animū. ac eam pro sua  
 estimauit ac estimat infesse. ad tot mar-  
 cas vel floē. seu libras dena. malens de  
 suo tantū perdere si haberet cōmode quā  
 tali fauore iniuriam sibi irrogatam tole-  
 rare. Elestra tamen iudiciali taxatione  
 semper salua. Agit igitur et petit procura-  
 tor predictus quo supra. quatinus postquā  
 constiterit de premissis pñūciatis et de  
 claretis predicta verba per sempronium  
 predictum de predicto ticio seu contra  
 eum ut prefert dicta et prolata: seu alio  
 modo psumpta fuisse et esse temeraria.

illicita et iniuriosa. temere illicite et ini-  
 iuriose presumptra. et predicti tici iniu-  
 riam attemptata. ipsumque sempronium  
 propterea eidem ticio ad interesse tenent.  
 ac eum sibi in predicta marcas seu floē.  
 seu libras summa nomine interesse vta  
 ut premititur: taxatione salua iudiciali  
 p'demnandum. Et ad satisfactionē com-  
 pellendum fore. ac cōdemnetis et com-  
 pellatis per vestram sententiam diffini-  
 tiuam.

**Propositiones et articuli in actione huiusmodi possunt sic formari.**

**Propositiones et arti-**

culos ut in forma supra. In primis pō-  
 nit et pbare intendit. quod ticius predictus  
 ab annis discretis siue fuit et est hodie  
 homo pacificus. bone fame. opinionis  
 illese. vite cōmendabilis et conuersati-  
 onis honeste. Et ut talis ac per tali tenet  
 cōmuniter nominatus et reputatus pa-  
 lam est et notorium. Item quod de anno vel  
 corrente die tali mensis septēbris. sem-  
 pronius predictus. malo ut credit spi-  
 ritum ductus verbis turpibus et iniurio-  
 sis ticium predictum affectu. sibi que con-  
 uicium publice dicens eum meretricis  
 filium vel hereticum seu nequam pessimū  
 nominando expresse. et appellando tur-  
 pissimum temere animo sibi iniuriandi  
 vel tale de eo cantauit canticum vel car-  
 men tale famosum. vel talem cōscripsit  
 librum famosum. Item quod ticius predictus  
 iniuriam passus. eandem iniuriam  
 statim postquā eam sibi irrogatam intel-  
 lexit. reuocauit. put reuocat ad animū  
 et ipsam estimauit et estimat pro suo in-  
 teresse ad tot marcas vel floē. seu libras  
 dena. talis monete. pro quibus nollet  
 iniuriam tali modo sustinere. vestra sal-  
 ua iudiciali taxatione. Item quod predictus

## Defensio

semprontus tempore illate iniurie supra dicte fuit tolli capax sane mentis, et alius talis qui potest iniuriam irrogare. Et quod de premissis omnibus et singulis fuit et est publica vox et fama. Et ita habentur libellos et articulos in causis beneficiis: matrimonialibus et iniuriarum.

De defensionibus in istis causis beneficiis: matrimonialibus et iniuriarum:

**N**unc de defensionibus reorum in huiusmodi causis videamus. Et primo in causa beneficii alii potest reus concipere in vim pemptoris defensionem illo modo. ut Pretensa beneficii causa que inter a. ex una parte et b. ex altera parte, vertitur coram vobis domino iudice, procurator nomine procuratorio b. predicti, proponit et dicit excipiendo, quod beneficium de quo est questio inter partes predictas, a. minime debet, nec ius aliquod habet in eo vel ad illud, maxime ex eo quia gratia preterita per eum impetrata fuit et est surrepticia per veritatem vel falsam expressionem obrenta. Tacuit enim eam impetrando se beneficii in tali ecclesia obtinere, de quo nullam in huiusmodi gratie impetratione fecit mentionem, vel expressit fructus talis beneficii decem marcarum valorem annuum non excedere, cum tamen valeat xv. marcas annuatim. Vel false expressit se clericum: cum nondum habuerit primam tonsuram. Vel beneficium est post impetrationem gratie assecutus: quod cum beneficio de quo est controversia de iure tenere non potest per quod gratie huiusmodi preterite renunciauit iuris dispositioni, vel similes potest opponere exceptiones, quando beneficium est de iure patronatus. Et quando agit in preteritos

## iniuriarum

potest sic excipi. Procurator procuratorio nomine b. presentati, proponit in vim pemptoris, et dicit excipiendo quod presentati predicti b. per vos dominus iudicem admittenda est de iure. Et idem b. presentatis ad beneficium: de quo agitur instituendus, quia et si non constat eum esse patronum, et ipsius beneficii in patronatus habere, a quo talis b. est presentatus, fuit tamen in presentationis tempore, et sic est idem presentator in possessione seu quasi ipsius iuris patronatus bona fide. Unde dato etiam quod ex aduerso esset probatus presentator alius presentati beneficii fore patronum, quod tamen in patronatus non ipse sed presentator presentati b. possidet et possidet, unde ipsius presentatoris presentatio est preferenda de iure et admittenda. Vel dicit excipiendo, quod cum ipse b. per paternos numero plures presentatus existat, et plures patronorum voces habeat, preferendus est tanquam in iure potior et inuestiendus, cum ipse a tribus et alter a duobus tamen sit presentatus.

In causa matrimoniali quando agit de coniungendo: potest reus dicere excipiendo ad libellum.

**Ad elidendum intentionem actoris talis in causa quam supra preterito matrimonio prosequitur aduersus talem ream in iudicio coram vobis procurator nomine procuratorio eiusdem ree proponit excipiendo et dicit quod ipsius actoris intentio quo ad vinculum matrimoniale non est legitime prolata seu in aliquo fundata. Et dato quod contractus preteritus sufficienter constaret, quod tamen ipse actor et rea sibi attinent, et sunt consanguinei in tercio vel quarto gradu, vel sunt affines in primo genere affinitatis in tercio vel quarto gradu.**

vel inest eis cognatio spiritualis. Cum pater ipsius ree leuauit actorē de sacro bapnitate. Unde huiusmodi affinitatis vel consanguinitatis seu spiritualis cognationis impedimēto obstante. inf eos matrimonium esse non p̄t. Quare petit pcurator predictus quo supra nomine per vos p̄nunciari matrimonium inter ipsas partes legitime n̄ cōtrahi v̄l p̄tractum subsistere non posse. dictazq̄ ream ab actoris impetitione absoluentiam fore. Et eidem actori silentium est imponendum. ac absolutis r̄ imponatis diffinitue.

¶ Quando agitur ad matrimonium dirimendum p̄pter aliquod legitimū impedimentū. potest reus sic excipere.

### **Procurator nomine**

ne pcuratorio talis ree. p̄ponit i modū exceptionis. ad perimendum intentiōz talis mulieris seu vxoris matrimonii minus iuste accusantis. Et dicit. dato q̄ consanguinitatis vel affinitatis vel spiritualis cognationis impedimentū pro parte ipsius actoris allegatum sufficiēt r̄ legitime sit p̄battm. matrimonium t̄n̄ inter eos contractum. huiusmodi assignati vel p̄assignati impedimēta occasione non est dirimendum. cuz sup tali impedimento p̄tenso per sedē apostolicam dudum sit dispensatum. r̄ ipsuz impedimentum sublatum. vt videtur. Et ideo eo nequaquā obstante inter eos matrimonium legitime potest contrahi. Seu ipse actor r̄ reus in matrimonio contracto licite remanere. Quare petit pcurator p̄dictus p̄fateo nomine. quatinus p̄nunciatis decernatis r̄ declaratis p̄fate mulieri super accusatiōe siue denuntiatiōe matrimonij. occasione p̄fasserit p̄ assignati impedimēti. silentiū

imponendū fore r̄ imponetis diffinitue. ¶ Quando autem agitur ad separationē t̄bri. p̄pter adulteriū. excipi potest isto modo.

¶ Excipiendo per vim p̄empt. p̄p̄t pcurator nomine pcuratorio talis mulieris. per talem maritum suum. de p̄fatenso adulterio accusato ad separationē t̄bri. Et dicit q̄ r̄ si adulterium p̄fatensum ipsius mulieris esset sufficienter probatum. diuortij tamen p̄ parte mariti desideratum r̄ petitum non est inf ipsos p̄iuges celebrandū. ex eo q̄ ipse maritus eandem vxorem suam tradidit adulterandā. vel ipsa mulier fuit violenter oppressa. vel ipse maritus post adulteriū ab ea cōmissum. eam sibi recōciliauit. vel ipsam de tali mō adulterij commissi mime accusare iurauit. Quare petit r̄c.

¶ In actione iniuriarū. potest reus sic se defendere excipiendo.

¶ Pro pte viri discreti. b. vel. p̄ponit ipsius pcurator pcuratorio noie. coraz vobis domino iudice. r̄ dicit excipiendo q̄ p̄fata iniuria quam. a. actor. p̄ b. p̄dictū sibi asserit irrogataz. p̄bata non est legitime. Nec ipsius actoris intentio fundata per testes vel instrumta. aut quouis alio modo vel genere p̄bationis. sed dato mime tamen concessio q̄ de iniuria b̄mōi p̄fata constaret. ipsa tamen asserita iniuria. dissimulatiōe vel lapsu anni dudum est sublata r̄ tacite vel expresse remissa. Nam eo die quo iniuria ipsa illata p̄fedit r̄ postq̄. b. ipsi. a. iniuriam v̄l conuiciū dixit. idē a. r̄ b. simul comederunt. Quare p̄dictus pcurator nomine quo supra petit b. reum p̄fatum a memorati. a. impetitione absolui. r̄ eidem. a. sup iniuria p̄fata r̄ eius p̄secutione perpetuum silentium imponi ac eum p̄dicto b. in expensis legitime cōdēnari. In causis

## Appellatio

appellatiōnū libelli formatē fm formas  
sp̄sar appellatiōnū. **U**n̄ quedā est appel  
latō iudicialis. ⁊ est etiā extraiudicialis  
**I**te iudicialis aliqñ imponit̄ añ sniam  
**A**liqñ ab ipsa snia diffinitiuā. **S**i ergo  
appellat̄ in iudicio ante diffinitiuā. pōt  
appellatiōrius libellus sic formari.

**Libellus qñ appellat̄ a grauamine.**

### Coram vobis ho

nozabili viro domino iudice offi. in cā  
appellatiōnū ⁊ partium infrascriptarū  
a sede apostolica delegatus **U**el coram  
vobis dñō offic. curie ep̄alis talis ⁊ c.  
vel archiep̄alis pcurator nomine pcura  
torio discreti viri n̄cij appellātis aduer  
sus sempromium appellatū. ⁊ quēcūq;  
aliū p eo i iudicio legitime interueniēte  
pponit ⁊ dicit. q̄ licet in qōne seu cā q̄  
verit̄ur inter n̄cium ⁊ sempromium pre  
dictos de ⁊ super re tali vel debito tali.  
coraz tali iudice ordinario vel delegato  
in iudicio vertebat̄. p pte n̄cij predicti  
ppositum fuerit excipiendo q̄ libello p̄  
tenso per p̄dictū sempromiū sibi oblato  
nō erat r̄ndendū sibi ex tali cā rei. vel q̄  
positiōi tali que imp̄nens erat nō eēt  
r̄ndēdū. vel licz p parte ipsius n̄cij p̄tra  
sempromiū predictū tunc actorē. fuerit  
opposita exceptio excōicatiōis ⁊ pbata  
qua obstante idem actor vlt̄erius super  
p̄secutione cāe p̄tense non erat audiēd⁹  
sed ab agendo fuit repellendus. **I**dem  
tamen iudex exceptiōnē huiusmodi ad  
mittere denegauit. vel eam non esse ad  
mittendam interloquendo p̄nunciauit  
perperam ⁊ iniuste vel eam tacite repel  
lendo in cā eadem ad talem v̄l talē actū  
eidem exceptiōni sue p̄trarium p̄cessit.  
**U**nde predictus n̄cij se per b̄ grauatz  
sentiens a denegatione admissiōe h̄mōi

## a grauamine

vel a repulsiōe ⁊ non admissiōe pre  
dicte exceptiōis sue. vel a predicta snia  
interlocutoria iudicis tanq̄ iniqua ⁊ in  
iusta. ad sedem apostolicam. vel ad dñz  
ep̄m vel archiep̄m predictū ⁊ ei⁹ curiaz  
in scriptis appellauit. infra. x. dies. ac sup  
appellatiōne h̄mōi ap̄los tēpe congruo  
petijt ⁊ recepit. h̄mōi appellatiōis cāz  
per sanctissimū in x̄po patrē ac dñz n̄m  
dñm fixtū papā modernū. vobis obni  
luit delegare. ⁊ hoc qñ est delegatus.  
**Q**uare pcurator p̄dict⁹ quo supra noīe  
petijt per vos p̄nunciari decemi ⁊ decla  
rari. predictū iudicē male perperā ⁊ iniu  
ste p̄cessisse. vel per eum male ⁊ inique  
interlocutū seu p̄nunctatū fuisse. dictū  
quoq; n̄cium bene atq; legitime ab eo  
appellasse. seu per dictū n̄cium ab eadez  
interlocutoria p̄tensa b̄n̄ ⁊ legitime ap  
pellatū fore. ipsumq; p̄cessum seu in  
locutoriaz p̄tensam iudicis prioris  
cassandam ⁊ reuocandam esse. ⁊ reuo  
cari ⁊ cassari. **S**ententiasq; excōicatiōis  
post appellatiōnem p̄dictam per eundēz  
in dictū n̄cium de facto lat̄. **E**t quicquid  
post appellatiōnem eandē. per eundē  
iudicem vel partem aduersarij in h̄mōi  
negocio in aliam partem. vel ipsius ap  
pellantis p̄iudicium fuerit acceptatū  
per modū innouati seu acceptati reuo  
cari ac cassari. irritū ⁊ nullum p̄nunciari.  
**E**t predictū sempromiū eidem n̄cio in  
expensis litis legitime p̄demnari. **H**ec  
petit p̄iunctim ⁊ diuisim. **S**aluo iure  
corrigendi vt est moris.

**Libellus in causa appellatiōis inter  
posite a diffinitiuā sic formatur.**

**Coram vobis ⁊ c.** vt supra. p̄ponit  
pcurator noīe pcuratorio n̄cij appellā  
tis aduers⁹ sempromiū appellatū. ⁊ aliū  
quēcūq; p eo in iudicio legitime inter  
uenientem. **E**t dicit q̄ nuper in causa  
que inter n̄cium ⁊ leyū predictos. de ⁊

super re tali vel debito tali vel eius occasione vertebatur in iudicio coram tali iudice preposito a chidyacono vel officiali. Item iudex predicto Ticio non vocato de meritis cause sufficienter non cognito iure et iudicario ordine pretermisso et ex abrupto et precipitanter sententiam. si sententie nomen habere meretur pro Sempromio predicto. et contra eundem Ticiu[m] talit[er] diffinitiuam. Ipsumque Ticiu[m] eidem Sempromio adpena. et nihilominus in lit. expensis condemnando. Vel eundem Sempromium ab ip[s]ius impetitione absoluen-do. Et eidem Ticio super penis per eum imponendo silentium perperam et iniuste. Et quia pro parte eiusdem Ticij a sententia preterita huiusmodi tanquam iniusta et iniusta fuit in scriptis appellatum infra decem dies. vel incontinenti postquam ipsa sententia nuncupata lata fuerat. Priusquam iudex ipse proferens ad alia se diuerteret. viua voce apud acta ad sedem apostolicam. vel ad predictam dominum episcopum et eius curiam appellatum. ac apostoli congruo modo petiti et recepti. Et huiusmodi cause cognitio et decisio per sedem predictam vobis de mandata. Si est delegatus. Idcirco procurator predictus nomine quo supra petiti: quantum pronuncietis decernatis et declaratis sententiam predictam fuisse et esse iniquam et iniustam perperam iniuste et iniuste latam. Ipsamque cassandam infirmandam irritandam et retractandam et reuocandam fore cassari infirmari retractari et reuocari debere. Atque cassatis infirmatis retractatis et irritatis etc. predictamque Sempromium Ticio supra dicto ad pena[m] condemnandum et ad traditionem restitutionem siue spoliationem siue solutionem condemnandum et compellendum. ac compellatis et condemnatis

per vestram diffinitiuam sententiam et hoc si appellans fuit actor. Si fuisse reus dicat ipsum Ticiu[m] a predicto Sempromio impetitione absoluendum ac absoluitis. et eidem Sempromio silentium perpetuum imponendum et imponatis per vestram diffinitiuam sententiam. Alii qui petendo sic concludunt. Peto pronunciar[er] decerni et declarari sententiam predictam cum omnibus inde et ob eas secutis nullam fore. cassam et irritam ipso iure. Vel si propter defectum probationum vel alias appellauit ipsam tanquam iniustam. cassandam annullandam irritandam et infirmandam fore. Et tunc etiam in narratione libelli ponitur quomodo sententia est lata et nulla ex tali causa sic quod ab ea necesse appellare non fuisset tamen ad cautelam tantum et ne ipse contra quem lata fuit eam ratificare intendere. sed ut sibi prouideret saluo nullitatis beneficio. ipse ab ea appellauit. de quibus in capitulo dilecto. de appell. Et ibi Hostiensis tradit formam.

**Super primo libello appellatorio positiones et articuli possunt sic formari.**

**D**ositiones et articulos infra scriptos et contenta ac descripta in eis omnia et singula narrative et dispositiue dat facit exhibet procurator nomine procuratorio Ticij appellantis in causa appellationis: que inter eundem Ticiu[m] ex vna. et Sempromium appellatum parte ex altera vertit coram vobis domino iudice. Quibus omnibus et singulis per Sempromium predictum petit responderi figillatim sufficienter et clare per iuramentum offerens se negata necessaria probaturum necessaria dumtaxat probatorem. In primis ponit et probare intendit quod nup[er] inter Ticiu[m] et

Sempronium predictos de et super fundo agro seu domo tali vel tali obito tot libris denarij talis monete. coram tali iudice suborta et suscitata fuit materia questionis. **¶** Vel sic. In primis ponit et probare intendit quod Sempronius predictus prefatum Ticiam de et super tali re vel debito tali et eius occasione coram tali iudice in iudicium traxit. Et in causam petendo in libello pretenso que obtulit eundem Ticiam sibi condemnari et compelli ad restitutionem rei predictae. vel debiti solutionem supradicti.

**¶** Item quod in causa huiusmodi coram predicto domino iudice fuit pro parte Ticiam antedicti propositam excipiendo.

**¶** Et libello preasserto ex causa tali pro parte ipsius Ticiam non erat respondendum. ac petendum hoc per predictum iudicem pronunciari. Et ipsum Ticiam a sui instantia iudicij absolui. vel quod positioni tali ipsius Ticiam pro eo quia impertinens erat. non fuit respondendum. et ut in libello. **¶** Item quod iudex predictus huiusmodi exceptionem admittere denegavit. vel eam non esse admittendam per suam interlocutoriam pretenfam quam talis in scriptis pronunciavit. vel eandem exceptionem tacite repellendo in causa predicta ad ulteriora ad actum; talem vel talem prefate exceptioni; contrarium processit perperam et inique. **¶** Item quod ipse Ticiam per hoc se grauatum; sentiens ab huiusmodi admissione denegatione seu repulsione et non admissione dicte exceptionis sue; vel a predicta pretense interlocutionis iudicis predicti sententia tanquam iniqua et iniusta ad sanctam sedem apostolicam et sanctissimum in christo patrem ac dominum nostrum dominum Paulum papam modernum vel dominum episcopum vel archiepiscopum et eius curiam in scriptis infra

decem dies appellauit. **¶** Item quod in appellatione huiusmodi idem Ticiam appellans apostolos a iudice predicto stanter et congruo tempore petijt et recepit. **¶** Item quod super appellatione huiusmodi idem Ticiam appellans memoratis predictae appellationis sue prosecutioni insistens. huiusmodi appellationis causam infra tempus debitum per dictum dominum nostrum papam obtinuit vobis delegari. **¶** Vel sic si ordinarius dicat infra tempus debitum coram vobis introduxit. et alias circa prosecutionem huiusmodi instetit; prout istae coram vobis. **¶** Item quod de premissis omnibus et singulis fuit et est publica vox et fama. **¶** Et licet sic possent formari libelli et articuli in causis appellationum antediffinitiuam. tamen aliqui iudices et presertim in curia romana non faciunt dare libellum et articulos in huiusmodi causis. **¶** De quo an debeant dari an non notatur de rescriptis. Raynaldus in glosa ita et super ea. cum remissis. **¶** Sed in eis procedunt isto modo. quod primo pars absens citatur ad procedendum et procedi videndum in causa huiusmodi prout de iure debeat procedi. **¶** Et si partes in huiusmodi termino compareant producere appellans suam appellationem et alia iura et munimenta fundantia iurisdictionem iudicis appellationem videlicet facienda ad deuolutionem cause. **¶** Quibus productis citatur pars vel si est presens datur sibi terminus ad dicendum et excipiendum contra appellationem. et alia producta deinde assignantur terminus ipsis partibus. videlicet appellati ad iustificandum appellationem et impugnandum processum iudicis prioris. **¶** Et e contra ipsi appellato ad iustificandum processum et appellationem impugnandum. **¶** In causa autem appellati a diffinita

sententia seruatur ordo iuris sicut i principali. Quia ibi articulus appellatio non est separatus a negotio principali. tunc sic formantur positiones et articuli. **Positiones et articulos etc.** In primis ponit et probare intendit quod eandem de anno tali coram tali iudice preposito vel decano vel officii. Inter tunc actorem ex vna et sempromium supradictos de et super domo vel fundo tali vel super tali obito et eius occasione parte altera questio fuit et causa in iudicio vertebatur. **Item** quod predictus iudex in causa huiusmodi taliter qualiter ex obrupto et iure atque iudicario ordine pretermisso procedens causa ad plenum non examinata sententiam diffinitiuam: sita nuncupari meretur: tunc pro predicto sempromio et contra tunc antedictum. per quam eundem tunc eidem sempromio ad petita condemnauit. vel per quos absoluit eundem sempromium ab impetitione tunc supradicti. **Eidem** etiam tunc silentium imponendo perpetuum super penitus per eum imponendo perpetam et inique. **Item** quod ab eadem sententia tanquam iniusta et iniusta perpetam et inique lata fuit pro parte ipsius tunc in scriptis infra decem dies vel incontinenti priusquam iudex ad actus alios se diuerteret et eo ad hoc sedere pro tribunali viua voce apud acta ad sedem apostolicam vel ad dominum episcopum vel archiepiscopum etc. et ipsius curiam appellatam. apostolicis penitus tempore congruo et receptis. **Item** quod predictus tunc appellans. etc. ut in forma precedenti in alia positione. **Item** quod de premissis etc. **Et** si post istam vel appellationem interpositam per iudicem vel aduersarium in negotio aliquid est attemptatum in preiudicium appellantis etc. **De** hoc etiam in articulis. **Et** potest articulus ille sic formari. **Item**

ponit quod post sententiam latam vel appellationem interpositam: iudex memoratus in negotio huiusmodi in ipsius appellantis preiudicium processit ad tale vel talem actum. vel in ipsum appellantem tunc sententiam excommunicatio nis de facto. vel predictis aduersarius appellans ipsum appellantem domo vel fundo predicto et ipsius possessione spolauit ut supra in alijs formis.

**Exceptiones appel**

lati contra appellantem. **Appellans** autem potest se sic defendere excipiendo contra appellationem et ipsam impugnando **Secundo** **Procurator** procuratorio nomine **Sempromij** appellati excipiendo contra appellationem preteritam **Tunc** appellantis. et eandem appellationem impugnando proponit. et dicit quod ipsa preterita ipsius **Tunc** appellatio nulla est et cassa pro eo quod non est interposita infra decem dies. vel interposita est per eum: qui mandatum non habuit appellandi vel licet ab interlocutoria vel grauamine vel etiam a diffinitiva ex intervallo sit appellatum. **Non** tamen in scriptis. sed verbo tantum. vel quia licet fuerit interposita appellatio apostoli tamen infra tempus congruum penitus non fuerunt nec recepti. vel ipsa appellatio iusto cessante impedimento infra terminum talem a iudice statutam vel infra annum non est per appellantem prosecuta. unde iurisdictione et dispositione deserta est appellatio derelicta et dimissa. et causa ipsa coram priore iudice tractanda et finienda. vel sententia diffinitiva executioni debite demandanda. **Vel** licet sit appellatum ipsa tamen appellatio ex falsa et frustratoria causa est omissa et male ac iniuste interposita. **Et** per priorem iudicem bene et

iuste processum ex tali vel tali causa. Quare petit procurator predictus nomine quo supra quatinus pronuncietis discernatis et declaretis predictam appellationem pretensam ex causis premissis fuisse et esse irritam nullam et inanem vel desertam derelictam et dimissam. vel predictum tunc male et frivole appellatum. Et per iudicem a quo bene et legitime processum vel iuste pronunciatum et interlocutum. Ipsa quoque asserta appellatione non obstante predicti iudicem priorum sua posse et debere iurisdictionem. vni et procedere in principali. vel sententiam predictam fuisse et esse executioni demandandam. et ipsum appellantem eidem appellato in expensis legitimis condemnandum atque condemnatis iusticia exigenda. Salvo iure corrigendi addendi mutandi et diminuendi ut est moris. Et sic totum finit.

**I**ncipit tractatus presumptionum.

**P**resumitur contractus simulatus si ne aliqua probatione his casibus. Primus inter patrem et filium ff. de proba. l. qui testamentum. Secundus inter maritum et uxorem. ff. de dona. inter virum et uxorem. l. tunc. et eodem tit. l. quintus mucius. et l. si sponsum §. Certa. et l. tertia. §. primo. ff. de contrahen. emp. et venditio. Tertius est de auct. pran. l. v. §. sine domino. Alii et colliguntur in l. per diversas. C. de mada. et l. ab anastasio que loquuntur de cessis

one fraudulosa. Et quod dictum est in vxoze potest etiam dici de yconomio et hoc ex littera quam habemus. C. de episcopis et clericis. aut. legitimam ubi dicitur in glo. et in tex. quod ea que constat episcopum acquisivisse ante episcopatum et que in iure successionis usque ad quartum gradum habuit quod de illis disponere potest. de alijs acquisitis ipsius episcopatus non. sed remanent ecclesie Et dicit glosa ad quartum gradum quia ultra presumitur quod affectione ecclesie et si affectione cognationis vel agnationis acquisivisset. hoc idem est in alijs clericis. Idem est in admistratore: quod in yconomio eadem ratione. quis quilibet procurator tutorum. aut alius negotiator seu negocium gerens alterius. si acquirit presumitur de bonis quas in manibus habuit acquisivisse nisi contrarium doceatur. Vide etiam in capitulo inquirendum. de pecu. cleri. in textu et glo. quod etiam res emptas per prelatum poterit vindicare sibi licet sue sunt si prelatum emit etiam eas etiam non nomine ecclesie. quia de bonis et pecunijs ecclesie presumuntur empte. vide etiam glo. in dñe sionis facultas. C. de iure fisci. li. de cto. quod delegans etiam non dicitur allegari ombo delegati ad aliquam provinciam regendam deputati possunt tollere ea que delegans superlucratum est. ultra debitum ut ibidem.

Presumitur ignorantia nisi probetur scientia. ff. de proba. l. vetus. C. de episcopi audien. l. si legibus. C. qui militare non possunt. l. super bis. et ad tercylia. l. ac si.

Presumitur aliquem habere bonam famam. C. qui militare non possunt. l. super seruum. C. de prescrip. viginti quinque annorum. l. super longi.

Presumitur aliquis vivere nisi pro

betur mortuus. ff. de dona. inter virum  
 & uxore. l. si vna. auē. hodie. C. de cap.  
 & postliminiū reuersis. l. nec nos.

**P**resumitur aliquis sane mentis fu  
 isse nisi probetur contrarium. C. de cod  
 dical. l. non codicillos. **P**resumitur  
 omni tempore bonus: qui semel fuit bo  
 nus. ff. vet. mili. suc. l. non omnis. §. A  
 barbaris. & sic ex vita precedente pres  
 sumitur pro presente siue in bonum siue  
 in malum. **P**resumitur omni tempo  
 re malus qui semel malus. ff. de accu. l.  
 si tui. §. eisdem.

**P**resumitur spō  
 tanea voluntas nisi probetur coacta. ff.  
 q̄ metus causa. li. ij.

**P**resumitur in  
 dignus officio ordinatus inuit. C. de  
 episcopis & cleri. l. si quēq̄

**P**re  
 sumitur falsarius si suspecta scriptura vi  
 tur in iudicio vt fidem apponat. C. de  
 probationib. l. iubemus.

**P**resu  
 mitur q̄ miles pecuniam non recipiet  
 mutuo. C. de episcopis & cleri. l. si quē  
 q̄. nisi in castrensi. negocijs. C. ad ma  
 te. l. fina. Et est presumptio iuris & de  
 iure quāq̄ non admittitur probatio in  
 contrarium.

**P**resumitur patrem  
 & matrem voluisse reteruasse eis vel al  
 teri pro eis acquisita: nisi specialiter in  
 alium transponant. C. de secundis nup  
 tijs autent. nunc.

**P**resumitur &  
 fratrem bona castrensia voluisse pertine  
 re fratri reliquendo sibi bona pagana  
 C. de castren. mil. l. prima

**P**resumitur mulierem stipulatam  
 fuisse totam sibi retinere cum extrane  
 us dederit pro ea. nisi extraneus totam  
 sibi reddi specialiter fuerit stipulatus. C.  
 de rei vxo. ac. l. prima.

**P**resumitur aliquem possidere qui  
 sub imagine alterius persone possidet:  
 quem supposuerat. C. de distrac. pig. l.  
 qui sub.

**P**resumitur q̄ aliquis sit  
 ydoneus nisi probetur contrarium. de

verborum significo. capitū. dudum.

**P**resumitur propter naturalem af  
 fectum q̄ filius voluerit incōtinenti pa  
 trem liberare: quem voluerit esse libera  
 tum ab actū tute. ff. d. liber. legit. l. au  
 relius. §. ticius.

**P**resumitur ratione proximitatis.  
 ff. de dona. l. censuales.

**P**resumitur contra aliquem ex pol  
 steriori actū. ff. ad. l. iuliam. de adultel  
 l. Si quis. & tibi est presumptio violen  
 ta. sicut est contra confessum & conuict  
 tum.

**P**resumitur aliquem habuisse omni  
 mum occidendi percutiendo aliquem.  
 nisi probetur contrarium. C. ad. l. cor  
 ne. & de sicca. l. prima. & ff. eodem titu  
 lo. l. prima. §. diuus. Et presumptio de  
 bet esse de presenti ad preteritum.

**P**resumitur animo liurandi aliquem  
 dixisse verba que videntur inuidiosas:  
 nisi probetur contrarium. C. de iureiu  
 ran. l. & si non conuictij

**P**resumitur aliquem fuisse filius  
 mariti natum ex uxore viri. & ea presen  
 te existente & conuerso.

**P**resumitur contra filium si pater  
 fuit absens: per decem annos. ff. qui sūt  
 sui vel alie. iuris. l. filium

**P**resumitur suspectus. qui operas  
 gerit inuito. §. suspitio. ff. de procu. l.  
 que omnia.

**P**resumitur q̄ potenti si sit facta in  
 futua nisi aperte probetur impotentia.  
 ff. qui metus causa. l. non est verisimile

**P**resumitur aliquem acquiescisse  
 se sententia: qui in multis casibus fecit  
 quod continetur in sententia. ff. famil.  
 hirciscun. l. quedam.

**P**resumitur acquiescisse sententia q̄  
 dilationem petit ad soluendum. C. de  
 re iudi. l. ad solutionē. **P**resumitur  
 agere & petere iudiciū patris q̄ ab heret

dibus aliquem emere vel conduxit et ſimi-  
 lia fecit. ff. de inoff. teſt. in. l. ſi. ¶ Pre-  
 ſumitur aliquā eſſe uxorem niſi probe-  
 tur contrariū. ff. de ritu nup. l. libera. et i-  
 ca. illud de preſump. ¶ Preſumitur ali-  
 quis bonus ſi natus eſt de progenie bo-  
 na. et cōtra. ff. de reditio. l. ſi ſeruus.  
 §. qui mancipia vendit. ¶ Preſumitur  
 uxore habere acquiſita de bonis mariti  
 niſi probetur qd aliunde habuit. ff. de do-  
 na. inter viri et uxo. l. quintus mucius.  
 ¶ Preſumitur qd ſibi prouidere alias p-  
 ſpicere velit qui ea condi. totum dedit  
 vt ſibi redderet. etiam in illum caſu qd  
 fuit expreſſus niſi p-teritiū p-berit p-  
 mulierem. ff. de p-ſi. ob cauſam de leg. ſi ex-  
 traneus. ¶ Preſumitur iniurius niſi p-  
 terrolens ſe feciſſe qui omnia bona ſua  
 alienauit. ff. qui in frau. credi. l. lucius.  
 §. qui omnia. ff. de ſeruitu. l. iniuriam.  
 ¶ Preſumitur qd uſure ſunt p-miſſe qd  
 longo tempore ſunt ſolute. ff. de uſur.  
 l. cum in rem. ¶ Preſumitur debitor  
 liberatus qui habet inſtrumentum debi-  
 ti cancellatum vel inſum. ff. de ſolu. l.  
 ſi cito graphum. ¶ Preſumitur mulie-  
 rem ex alio concepiſſe que poſt mortem  
 viri ultra. xi. menſem peperit in aut. de  
 reſtitu. et ea que parit. xi. menſe poſt vi-  
 ri mortem. §. mulier. hec tamen p-ſum-  
 ptio fit de preſenti ad p-teritum. et par-  
 tus dicitur viri defuncti et poſt mortem  
 ipſius naſcitur. *Luicenna ſen. vice  
 ſimapaſa dicit in. vii. parit et uiuit. i. xiiij  
 moritur. in. xi. uiuit in. x. moritur. ergo  
 mulier pariens uiuum in octauo vel p-  
 undecimum menſem. a tempore mei p-  
 cubitus non eſt meus. et uide glo. in di-  
 eta. autenſ. in. §. mulier. ubi nota profe-  
 cto qd non ſolum non eſt meus qui poſt  
 undecimum menſem naſcitur. ſed etiam  
 qui poſt. x. menſes. iij. vel. v. dies. xi.*

menſis naſcitur. Nam mulier per decez  
 menſes et duos dies poteſt filium in ve-  
 tre portare et non plus. Et nota etiam qd  
 plus qd ſex menſes portet et oportumum  
 eſt nature qd tanto tempore portet. uide  
 pro iſto. l. ſeptimo menſe. ff. de ſta. bo.  
 ¶ Preſumitur de preterito contra pre-  
 ſens. vt colligitur. ff. quibus mo. pig-  
 vel ypo. ſol. l. ſicut. §. ſuper vacuum. nā  
 ſic eſt contra aliquem in ſuo beneficio p-  
 ſeruando. ff. de offi. teſta. l. papiri an?  
 §. meminiffe. ¶ Preſumitur qd res fi-  
 lij ſunt patris. C. de proba. l. ſive. poſſi-  
 dens. ¶ Preſumitur omnia ſolemni-  
 ter acta in inſtrumento promiſſa inſti-  
 de inuuli ſtipula. §. ſi ſcriptum.  
 ¶ Preſumitur qd aliquis ſit perpetuo  
 furioſus qui in furore eſt. C. de uſufruc-  
 tu. l. ambiguitatem.  
 ¶ Preſumitur donationem factam an-  
 te matrimonium fuiſſe factam tempore  
 matrimonij. ff. de iure totu. l. ſi res.  
 ¶ Preſumitur aliquem pactum feciſ-  
 ſe de pignore non petendo ſi de pecunia  
 pactus eſt. ff. quidus mo. pig. vel ypo.  
 ſol. l. ſoluitur. ¶ Preſumitur infantem  
 primo mortuum quando ipſe et mater i  
 naufragio portus ſunt mortui. ff. de pac-  
 tota.

**Incipit ſumma magiſtri Domini  
 de ciuitate uſentia qualis notarij archi-  
 epiſcopoz et epiſcopozum debeant no-  
 tarie officium exercere.**

**Q**uone datur  
 optimū r omne donum per  
 factum d̄ factum est pcedēs  
 de patre luminū. Cum reuera omnis sa  
 piētia bonoz facultas virtus r potestas  
 memoria r intellectus r cetera bona q̄ p  
 humanū genus regūt ab illo pcedūt  
 p̄e qui ex nihilo creauit vn̄uersa. Ea  
 propter siquidē vt preterita r presētia  
 credant ad capacitatis memoriā in futu  
 ro. cum inter cetera bona r virtutes xpi  
 in sac̄ scripturis memoria q̄ plurimū  
 cōmendat̄. Cum dicat Seneca. inter  
 humane nature cōmoda nil dignū me  
 moria repit̄. In xpi nomine r̄ eiisdē  
 gratia q̄ plures doctores p̄ti a iuris ca  
 nonici r ciuilibus existant clipeo premuni  
 ti r non ignorēt prudēt ac discrete tā  
 q̄ causarum defensores aduocatiōis of  
 ficiū exercere r tanq̄ magistri doctol  
 res iudices r iuriconsulti causas cū ma  
 ximate debita terminare. non tamē qm  
 dam certū verborum modum ratione  
 cursus r fm dictaminum materiā tanq̄  
 practicā p̄pter verborum disuendinē  
 sciunt aliquatenus ordinare. Cum nō  
 nulli in stilo dictaminis quadam verbo  
 rum p̄lixitate substantiam siue natu raz  
 rei sue minime contingunt. Alij vero in  
 proprie. Alij autē imperfecte qui volūt  
 arengas pendere. Alij etiam inducūt q̄  
 plurimas nouitates. Idcirco ego dñi  
 cus domini oriundus d̄ ciuitate visen  
 tina in arte dictatoria discipulus discre  
 ti viri dñi Johannis seuerini bo. mēo.  
 quondam archidiaconi calagoritan. r  
 thesaurarij visentini: qui per spaciū tem  
 poris r continue circa officiū notarie cū  
 diligētia maxima sui sollicitis r artēt  
 non similitudinariē. non metaphorice  
 non per allegoriā. nec diffuse sed plane  
 r pprie. licet in sciētia memoriā r intel

lectū insufficiens existam. id̄ sapientū r̄  
 peritoꝝ eruditionez n̄ plene colligā. qz  
 videtur quedam impossibilitas nature:  
 vt dicit canon. Superuacuis laborat i  
 pendijs: qui solem vestibus nititur adu  
 nare. Sed ad instructionem quorundā  
 nouicioꝝ in arte dictatoria discere vo  
 lentium r prodesse quandā breuez sum  
 maz. fm quā notarij archieporum r epi  
 scoporum debēt notarie officium exerce  
 re r alias etiam litteras incipiendo per  
 ordinem in hoc breuissimo volumine p  
 pilabo.

**E**xPLICIT prohemium. Incipiunt ca  
 pitula archieporum r eporum.

**P**rimo sequitur for  
 ma  
 lezarum in causa pecuniaria.

**S**equitur r alia quanto rector spoli  
 at clericū suo prestimonio.

**A**lia citatio p̄ prochianos denegan  
 tes soluere decimas oblationes r alia sua  
 iura rectori

**A**lia citatio p̄ rectorē scipiētē ad vi  
 uina prochianos alteri eccle.

**A**lia citatio contra subditos prauita  
 tem p̄surariam exercentes

**C**itatio i cā m̄imoniali qm̄ vlt̄ diuer  
 sit ab vxore sua r p̄trauit de hō cū scda.

**C**itatio in cā m̄imoniali qm̄ vir non  
 vult cohabitare vxori.

**C**itatio in cā m̄imoniali qm̄ emanat  
 ad instantiā vxoris p̄ eo q̄ est affinitas  
 inter ipsam r vir.

**C**itatio in cā m̄imoniali eo q̄ vir p̄  
 ter impotentiā p̄petuā n̄ p̄guit vxorē cū  
 p̄tentiū p̄nue cohabitauit eide

**A**lia citatoria sup̄ adulterio p̄mi slo:

**S**entētia lata p̄ m̄imonio sepando q̄m̄  
 ad cohabitatiōez t̄buz occasiōe adulterij.

**S**ententia diffinitiuap matrimonio lata quando secundum matrimoniu de facto contractum decernitur esse nullu.

**S**ententia pro matrimonio lata  
**S**ententia diuorcij lata inter virum et uxorem propter viti impotentiam coeundi.

**S**entia diuorcij lata inter viru et uxorem propter affinitate.

**Q**ualiter apostoli conceduntur qua to in causa matrimoniali vel alias a sententia finali vel interlocutoria appellatur.

**F**orma excommunicationis qualiter procedatur contra contumaces nolentes coram iudice comparere cum sibi constat de contumacia.

**A**lia forma excommunicationis cu non constat de contumacia.

**Q**ualiter excommunicatus propter contumaciam prestans cautionem de parendo iuri refusus expensis debet absolui et denunciari absolutus.

**Q**ualiter sententia lata pro matrimonio fit executioni mandanda.

**Q**ualiter episcopus scribere debeat vniuersis prelatis et vicarijs eorum.

**Q**uando vir diuertit ab uxore et vagabundus.

**S**ententia lata super causa pecuniaria super condemnatione rei de qua agitur. et similiter in eadem causa cum reus absoluitur ab impetitione actoris.

**F**orma scilicet quod episcopus conuictus debet sequi sententiam sui coepiscopi dimissoria sine commendatoria.

**L**ittera dimissoria seu commendatoria pro clericis se ad alias partes transferentibus.

**S**equitur alia forma litterarum dimissoriaz que breuior est.

**C**lerici extranei non recipiantur in episcopatu sine litteris commendatorijs.

**L**ittera per quam conceditur presbitero aliunde venienti quod celebret in episcopatu.

**L**ittera episcopi directa ad conuictum quod promoueat ad ordines clericos sue dyocesis.

**F**orma littere ordinationis ab episcopo extraneo.

**F**orma litterarum pro redemptione captiuorum.

**F**orma litterarum pro recolligendis elemosinis ad opus hospitalium et piorum locorum.

**F**orma litterarum per quam episcopus commendet nuncios pro recolligendis elemosinis a rectoribus ecclesiarum sue dyocesis.

**F**orma litterarum pro fabricatione pontium.

**F**orma litterarum pro fabricis ecclesie.

**F**orma litterarum de saracena perfida vel que in iudayismo sumpsit originem et ad fide catholicam est conuersa.

**F**orma litterarum quando auctoritate domini pape dispelatur cum scolares super defectu natalium.

**Q**ualiter episcopus auctoritate penitentiarii domini pape dispelatur cum clerico super irregularitate contracta super concubina.

**Q**ualiter episcopus excusat aliquem ab ordinibus suscipiendis.

**Q**ualiter episcopus vocat ad synodum clericos sue dyocesis.

**Q**ualiter episcopus procedit contra aliquos non venientes ad synodum.

**Q**ualiter vocat clericos sue dyocesis ad ordines suscipiendos.

**L**ittera ordinationis ab episcopo suo.

**D**e vicario faciendo in ecclesiayacate.

**Q**ualiter ep̄s mittere debeat patronis q̄ se presentent ad ecclesiam vacantem.

**Q**ualiter ep̄s instituit rectores in ecclesia ad presentationem patronor̄.

**Q**ualiter ecclesia p̄mendatur ad tēpus.

**C**onfirmatio portiois cū p̄simonio in ecclesia vacante

**C**onfirmatio p̄simoniū t̄m̄.

**C**onfirmatio generalium causarum

**C**omissio specialis.

**A**lia commissio in causa matrimonij

**A**lia p̄missio in causa matrimonij ⁊ diuersis articulis

**R**euocatio p̄missionis

**F**orma littere de confirmatione portiois tanto tempore vacantis. q̄ collatio ipsius est ad episcopum deuoluta.

**F**orma litterarum quando possessio eccie datur alicui in emphyteutico contractu

**F**orma p̄firmationis super diuisione inter rectore ⁊ clericos.

**Q**ualiter episcopus procedit contra illos qui veniunt contra diuisionē.

**Q**ualiter ep̄s p̄pellat rectorem ⁊ clericos q̄ ministrēt loco in scolis portiois sue fructus

**Q**ualiter episcopus procedit in b̄ facto contra pretozem ⁊ anazilles non permittentes ad ordi. maio. p̄motum contrahentem gaudere p̄uilegio clericali

**C**arta quitationis illorum qui bona episcopi recipiūt ⁊ expendunt

**A**lia littera quitationis q̄n aliqd̄ remanet ad soluendū.

**Q**uando ep̄s vadit ad visitandum dyoc̄.

**L**ittera compulsiua q̄ rector faciat

in ecclesia residentiam personalem.

**Q**uando episcopus dispensat cum aliquo q̄ possit duo beneficia licite retinere.

**Q**ualiter ep̄s excusat aliquē rectore ad tēpus a residentia in dicta ecclesia faciēda

**Q**ualiter ep̄s publicare debeat cōsecrationem ecclesie

**Q**ualiter ep̄s duxit p̄secrandum ecclesiam

**D**e viduis pupillis ⁊ orphanis defendendis

**D**e episcopo scribente ad episcopoz conuicinum q̄ in sua dyoc̄. suppleat vires suas.

**Q**uō archiep̄us scribit ep̄is suffraganeis suis q̄ p̄secret. **D.** electum in episcopum

**Q**ualiter iudeus p̄pellatur per cent. ec. indirecte

**D**e ep̄o ad legatum pro clerico concubinario

**Q**ualiter ep̄s remuneret laycos sibi seruientes

**Q**ualiter ep̄s absens facit aliquem canonic̄. recipi in ec. cathe.

**Q**ualiter p̄tra clericum incorrigibilem p̄cedatur

**Q**ualiter p̄stitutiones synodales executioni demandatur

**D**e p̄stitutionibus synodalibus registrandis

**D**e eo qui itestatus decessit

**V**isitatio contra clericos per archidiaconum.

**A**d fratres predatores deportantes alienum parochianum ad sepulchram.

**C**ompositio inter episcopum ⁊ capitulum

**C**ompositio cōfirmetur per apostolicum.

**C**ompromissum in arbitros

**C**ontractus mutui

**R**efutatio pecunie mutrate

**C**ontra pretozem & officiales ciuitatis q̄ tenent aliquē obsessum in ecclesia

**R**efutatio beneficij auctoritate apostolica

**C**um metropolitanus vocat ad sinodū suos suffraganeos

**D**e añiuersario dato ecclesie ab ep̄o viuente.

**D**e testamento condito.

**Q**ualiter ep̄s p̄stituit p̄curatorem ad m̄mū p̄trahendum.

**C**onfirmatio beneficij ad instantiam vicarij sui.

**I**n eundem modum vel quasi

**C**onfirmatio beneficij auctoritate apostolica

**Q**ualiter ep̄s p̄mittit vices suas archid. vt absoluat clericū fm litteras penitentiarij dñi pape

**F**orma citatoria auctoritate apostolica

**Q**ualiter p̄cedatur cōtra contumaces comparere nolentes fm auctoritatē apostolicam

**Q**ualiter ep̄us cōmittit vices suas archid. in quadam causa fm auctoritatē apostolicam

**Q**ualiter ep̄s scribit dño pape cum appellatam est in causa sibi cōmissa

**E**xpliciuunt capitula archiep̄oz & ep̄oz

**I**ncipiunt eple & p̄bemia super gratijs faciēdis. **P**rimo seq̄tur forma specialis lraz citatoriaz in causa pecuniaria

**N**icolaus mise  
ratione v̄ina vniuersal' Bon.  
ep̄s dilecto suo. A. de. B. salutem &

besti. Querelam accepim⁹ ad instantiam B. mercatoris p̄nente q̄. A. de. B. causa mutui seu de positi vel alicuius cōtractus. x. lib. denariorum monete sibi soluere teneatur & eidem dictas libras soluere recuset: licz terminus in quo ipsas libras soluere debuit sit elapsus: q̄ circa presentium tenore mādamus quatinus dicto. A. ex parte nostra dicat q̄ si ita est: cum prefato mercatore amicaliter se componat: vel a receptione presentium vsqz ad. xv. dies: quem sibi p̄ emp. terminum assignamus: coram nobis compareat super hys facturus & recepturus quod ordo dictauerit ratiois alioquī in dicta causa prout iuris fuerit procedemus. **Q** si dies comparitionis vel litigij in diem ceciderit feriatz compareat in sequenti non feriatz. **D**e citatione vero & diei assignatione & de hys q̄ circa hoc geritis nos certos per v̄as l̄as facias. **D**atū. r̄c.

**Q**uequit forma q̄ rector spoliat cle. suo p̄sumonio

**N**icolaus mis.  
di. r̄c. **D**ilectō suo r̄c. **A**ccedēs

ad p̄ntiam nostram B. lator presentium nobis exposuit conq̄rendo: q̄ vos q̄daz suo p̄sumonio qd̄ se in dicta ec. canonicē asserit obtinere auctoritate p̄pria spoliastis. **Q**uocirca. **Q**. q. si est ita dictū p̄sumonū cū fructibz in de p̄ceptis restitutus vel a receptōe p̄ntiū vsqz ad. viij. diem quē vobis p̄empt. terminū assignamus p̄p̄atis facturi & recepturi corā nobis vt supra in proxima. **Q** si dies comparitionis vel litigij r̄c. **D**atū. r̄c.

**A**lia citatio in pte generalis & in parte specialis

**R**ectori ec. r̄c. **V**eniēs ad nos **C**. r̄cōr. d. **D**. & nobis grauit̄ ē p̄q̄st⁹ q̄ vos sup̄ qd̄a pecunie

quantitate iniuriamini eidē pro vestro libito voluntatis. Idcirco vobis. **S.** q. si est ita super premis cum eodez amicabiliter componatis: vel a receptione presen. rē

**A**lia citatio contra parochianos de negantes solvere iura. decimas oblationes et alimenta suo rectori

**N**icolaus <sup>mif. rē. dilectis filijs suis procb. rē. D. ecclesie rē.</sup>

**J**ohannes rector eiusdem ec. nobis grauer conquerendo monstravit. qd vos contra deum et iusticiam decimas oblationes mortuaria et quedē alta iura sibi solvere denegatis pro vestro libito voluntatis. Unde. **S.** vobis. q. si ē ita: eidē de omnibus premis plenarie respondeatis: alioquin vos. m. prout nostris litteris in mādatis tradidim: casti. monitione premissa ad soluendum de pmissis per cen. ec. compellet. Si vero creditis aliquam iustam causam habere per quam sibi predicta iura nō debeatis. **S.** q. a receptione presen. rē. vt supra

**A**lia citatio contra rectorem recipiētem ad diuina parochia nos alteri ecclesie

**N**icolaus <sup>miseri. rē. dilecto filio suo. F. rectori. J. ec. d. S.</sup>

**J**ohannes rector. **S.** ec. nobis grauer conquerendo monstravit: qd vos autoritate propria contra deum et iusticiam et i preiudicium suum nō modicū tanq̄ raptor mittens falcem in messem alienā parochianos suos recipitis ad diuina eiusdem etiam ministrando ec. sacramenta. Quocirca. **S.** vobis. q. si ita est: eidē de tanta iniuria plenarie satisfaciatis. Alioquin a receptione presen. rē. vt sup.

**A**lia citatio contra subditos prauitatem vsurariam exer.

tem vsurariam exer.

**N**icolaus <sup>mif. Ser catoni d p rē Querelā latozis pñū rece plim' cōnente: qd cū ipse vobis quādā possessionē p certa quātitate pecunie pig nori obligasset. vos non vultis eidē predictam possessionē restituere. cum d' lor te p'dcā p fructus et redditus possessiois ipsi' sitis vt asserit iam p'tēn. Cū vobis p'sulim' r. **S.** q. facta pputatōe d' bis q' ex fructibus et redditibus d'cē pos. hactenus recepistis dicto. x. p'cfatā pos. et quicqd' vltra sortē recepistis restitutiōis cū nō deceat seruos xpi tanq̄ hereticos vel iudeos alimēta sua acq̄tere p vsurariam prauitatē. Alioquin rē. vt supra.</sup>

**C**itatio in cā matrimoniali qñ vir diuertit ab vxore et praxit de scō cū scda.

**N**icolaus <sup>miseri. rē. dilecto suo. R. rectori rē. Veniēs ad nos. G. lator presentium nobis exposuit conq̄rendo: qd cū. G. de. H. quē suū maritū asserit et ipsa in facie ec. p'ba de pñū adinuicē mēimōnium praxissent.</sup>

**I**dē Job. tanq̄ sue salutis imemor diuertit ab eadē et praxit mēimōniū cū. ij muliere de facto. cum de iure nō possit. Quare petit a nobis. **G.** predicta sup premis fieri iusticie pplementū. Cū **S.** vobis. q. p'dictūq̄. **G.** et aliam cū qua postmodū vt asserit d' facto praxit aut. nēa citatis. vt die tali quē eis pēp. termino assignam' nro p'spectui se pñēt vt in ipsos qd iustū fuerit decernatur. Alioqn rē. **S.** vobis nihilomin' autoritate p'dcā qd testes quas vtraq̄ ps pducere voluerit ad suā intētiōē p'badā ad veniendū et p'hibendū corā nobis veritati testionū p' cē. ec. p'cellat. **Pa.** rē

**C**itatio in causa matrimoniali qñ vir non vult cohabitare vxore.

**N**icolaus mis.

**R**ecōri rē. Venies ad nos. **R.** mulier lateix pñtium nobis exposuit cōquerēdo rē. Et in pñti. vsq ad p̄trax it **U**nde **R.** vobis. q. p̄fato. **R.** di canis. vt est ita: dicte. **R.** tanq̄. vxoz legitime cohabitēt. rēā maritali affectione p̄tractet. Alioquin ipsum aut. nostra citetis. vt die rē. vt supra

**C**itatio viri in causa matrimoniali qñ emanat ad instantiā vxoris p eo q est affinitas inter ipm r vxorem.

**N**icolaus mis. rē. Rectori rē. Accedēs ad pñtiam nostram

**R.** mulier lateix pñtū nobis insinuauit dices: q cum ipsa. **R.** r maritus suus. **R.** per verba de presenti rī facie ec. matrimoiale p̄traxissent: r post modū matrimonio p̄summatō in ipōs per carnalem copulam. multoz relatiōe intellexit: q dictus maritus suus p̄san guineam suam carnaliter cognouerāt: anteq̄ ipsam. **R.** duceret in vxorem. Quare dicta mulier petijt a nobis sup hoc salubriter p̄uideri. **U**nde. m. vobis q. p̄fati. **R.** maritū suū ex pte nostra citetis vt die tali quē sibi rē. **M**andan tes vobis notariō q̄ autoritate nostra testes quos dicta mulier rē. Aliqñ rē.

**C**itatio in causa matrimoniali eo q vir ppter ipotentiā perpetuā nō cognouit vxorē r sibi p̄ trienniū p̄nue cohabitauit

**N**icolaus mis. rē. Dil. rē. Veniens ad nos. **R.** mulier lateix pñtū nobis cōquerendo mōstrauit. q cum tu r ipsa in viz r vxorē publice in conspēū ec. p verba de pñti vos ad inuicē receptis r iam p̄ trienniū insimul cohabitaretis tu ppter tuā ipotentiā perpetuā sibi non reddidisti debitum coniugale. licet ipsa quantū in ea fuerit ad m̄monitiū p̄sum

mādū darz opē r operā iuxta posse. vtz cū eadē mulier publice asserat corā nobis q̄ vult esse mater. r filios p̄creare **R.** tibi. q. die tali quē tibi p̄mp̄. terminū assignam⁹ corā nobis p̄pateas. vt inter te r ipsam qd̄ de iure fuerit decernatur Alioqñ rē. q si dies rē. Datū rē

**A**lia citatio sup adul. cōmissō **N**icolaus mis. rē. **M**ulier rē. **U**el nien s ad nos. **R.** maritus tuus latoz p̄ sentiu r nobis exposuit cōquerendo vicia voce. q tu dyabolo instigante me salutis tanq̄ nephādissima semia imemor adulterium cōmittēdo maritalem thoz non erubuisi irreuerenter ac turpiter maculare. vtz te cum te in thoro p̄prio solam cum solo inuenerit ad inuicem cōmiscentes Quare nobis humiliter supplicauit. vt ppter tñ r taz graue opprobrium r enorme delictū te iuxta sanctiones canonicas puniremus petente a nobis cum instātiā vt dignaremur te a sui thori consortio separare. Quia vero nec ipi nec alicui possumus nec debem⁹ iusticiam denegare. **R.** tibi quantū a receptione presentū die rē. quem tibi p̄mp̄. terminum assignamus rē. iusticiam factura r receptura rē. Alioquin rē. Datū rē.

**S**ententia lata pro matrimonio separando quantū ad cohabitatoz thori occasione adulterij

**I**n nomine do

mi amē **C**ū. **L.** d̄ tñ loco latoz pñtū corā nobis. **R.** mis. rē. vxorē suā de adulterio citasti. lite corā **N**obis inf ipōs legitime p̄testata. receptis testibz r eoz d̄cis in pñtia pñū. publicatis at̄ testatōnibz r auditis hinc inde p̄positis hito cōsilio p̄toz. qz dictus. **L.** legitime p̄bauit q̄ se in dicta causa obtulit p̄batz nos in sc̄pnis huiōi in p̄fatos

**L.** virum. **z.** **S.** uxorem quantum ad  
cohabitacionem diffinitiuam sententia  
diuortij duximus proferenda. **Lata** **z.**  
lecta fuit hec sententia in scriptis in tali  
loco **z.** tali die. **Si** vero non **pbatur** **In**  
cuius scriptis **pnunciamus** dictam mulierem  
adulterium minime comisisse **z.** ipsam a  
crimine: quod ei falso modo impingit. vo  
lumus esse saluam

**Sententia** diffinitiuam lata **p.** matri  
monio quoniam secundum matrimonium de se  
tractum decernitur esse nullum

**In nomine domini**

**In** amen. **Cum.** **S.** **z.** **P.** mulieres co  
ram nobis. **N.** **mis.** **z.** **H.** sibi in virum  
petere adiudicari: pro eo quod utraq; di  
cebat se cum eorum per verba de presenti  
matrimonium contraxisse: lite coram nobis  
super hoc legitime prestatam prebito de  
veritate dicenda ab utraque parte iura  
mentorum: receptis testibus: **z.** bindite eo  
rum attestacionibus in presentia presentium publi  
catis. auditis etiam que partes proponere  
voluerunt. **conuocato** consilio peritorum prefati

**S.** in scriptis adiudicamus in viri presentie  
**H.** mulieri. mandantes dicto viro ut ei  
dem mulieri legitime cohabitaret **z.** eam  
maritali affectione pertractet. decernen  
tes ut inter prefati. **H.** **z.** **P.** mulierem  
non matrimonium quod fuit postmodum  
de facto tractum sed potius concubinatum  
existisse. **Dantes** eidem mulieri si sibi pla  
cuerit licentiam cum aliquo contrahendi domino con  
cedere. **Lata** in scriptis fuit hec sententia  
**z.** lecta publice die tali **z.** tali in loco **z.**

**Sententia** diuortij inter vi. **z.** uxorem  
propter impotentiam coeundi.

**In** nomine domini amen. **Cum.** **E.** mulier latrice  
presentium. **Coram** nobis **mis.** **z.** peteret sepa  
rari a viro suo cui per triennium panne col  
habitauit: pro eo quod ipsa dicebat eundem  
virum suum impotentem ad reddendum ei de

bitum singule. cum desideret esse mater **z.** fi  
lios procreare lite coram nobis legitime  
prestatam. prebito ab utraque parte de veritate di  
cenda iuramento. receptis testibus **z.** eorum  
attestacionibus diligenter examinatis **z.**  
publicatis auditis in allegando hincin  
de oppositis. habito consilio peritorum in scrip  
tis talim sententiam diuortij inter eos.  
**Dantes** utriusque si eis placuerit cum alijs  
licentiam contrahendi. **Lata** **z.** lecta fuit hec sen  
tentia in scriptis **z.**

**Sententia** diuortij inter vi. **z.** uxorem  
propter affinitatem

**In** nomine domini amen. **Cum.** **M.**  
mulier coram nobis. **I.** **mis.**  
**z.** peteret se separari a viro suo pro eo  
quod ut ipsa dicebat dictus vir cognouit  
et carnaliter sanguineam suam dicitur  
mulieris antequam cum dicta muliere ma  
trimonium contraxisset. lite coram nobis **z.**  
habito consilio peritorum diffinitiuam **pnun**  
ciamus in scriptis nullum matrimonium  
inter ipsos fuisse de iure tractum. **Lata** **z.**  
lecta fuit hec sententia.

**Qualiter** apostolice proceduntur in causa ma  
trimonialis vel a sententia alia interlocutoria.

**Sacratissimo in**

**apostolice** patri **z.** domino. domino. **S.** sal  
cro sancte romane ec. summo pontifici. **I.**  
licet indignus. **S.** eps cum summa re  
uerentia pedum oscula beatorum. **In** causa  
matrimoniali que inter. **D.** virum ex vna  
parte. **z.** **E.** mulierem ex altera coram no  
bis extitit venturata. pro muliere sententiam  
tulimus: quam iuste credimus esse latam  
a qua sententia ex parte viri predicti ad  
se dem appellatum in hunc modum  
**In** nomine domini amen **z.** ponendo  
totam appellationis formam deferentes  
eidem has nostras litteras patentes nostro  
sigillo sigillatas pro apostolice sibi duxis  
mus procedas. **Datum** **z.**

Forma excoicationis qualiter pceda  
tur contra pumaces nolentes corā iudi  
ce pparere cū constat de pumacia

**J**ohannes mis.

re. Rectori re. venies ad nos  
Lator pntium nobis exposuit coque  
rento qd cū. B. de. T. per nostras lras  
citaretur vt ppareret corā nobis sibi et  
suis penionibus respofurus: p eo qd vt  
dicebat super quadā re iniuriabat eide  
et cui dies. C. p termino pemp. fuerat  
assignatus: q corā nobis ppare debet  
et cū dictis lator ipsa die pparuit corā  
nobis et etiā sequenti petēs a nobis vt cō  
tra ipm aduersariū tanq̄ ptra pumacē  
pcedere deberem? Bz qz nobis non cō  
stat vtrum ad ipm citatio nostra puen  
erit. B. vobis. q. sup hoc inquiratis di  
ligētius veritate et si inueneritis ipm ci  
tanū fuisse opt a sserit denūciatis eundem  
publice excoicanti: qz vos ipm ppter suā  
pumaciā excoicationis duxim? vinclo  
innodandum

Qualiter excoicat? ppter pumaciā  
prestās cautionē d parendo iuri refussis  
sibi expen. debeat absolui et denūciari ab  
solutis re.

Johannes mis. re. Dil. suo vicario re.  
cū occasione re. qstionis q corā nobis  
int. P. de. J. ex pte vna. et. H. de. H.  
ex altera vnt pdictis. P. p nos excoi  
catis ppter suā pumaciā extūisset: qz vos  
nunc venies pssint cautionē de parēdo  
iuri et refussit expen. aduersario pdicto  
ideo ipm a sentētia excoicationis duris  
mus absolueudū Unde. B. vobis. q.  
dictū. P. in locis in quibus auto. nēa  
dnūciastis excoicanti denūciatis eadem  
aut publice absoluit. Datū re.

Qualiter sentētia p mēimonio lata  
sit executioni mādanda

Johannes mis. re. G. archiepō re. Z. d

b. q corā nobis pqrēdo mōstrauit qd  
in cā mēimonio q corā nobis iter ipam  
ex vna pte et. J. viz suū ex altera extūie  
reūlata: et p ipsa muliere sniaz diffinitū  
uā tulisset? ipē sibi cobitare et eā mari  
tali affectōe tractare recuset: qcirca vo  
bis in dntate obediētie picipiēdo B. q.  
ipm. J. monitōe pmissa ad cobitandū  
dicte mulieri tanq̄ vxori legitime et eā  
maritali affectōe tractandū aut. nostra  
p cen. ec. pcellatis. et nihilomin. B.  
vobis. q. si sententias nostras noluerit  
obseruare eadē aut. excoicetis eundē: et  
oēs eide cōicantes auxiliū et pssiliū ipen  
dentes. Datū re.

Qualiter ep̄s debeat scribere p̄latis  
et vicarijs qm̄ vir diuertit ab vxore et ē  
vagabundus re.

**U**niversis scē

Antis eccie p̄latis et copvicarijs  
ad q̄s p̄lis lra peruenerit. Jo. mis. re.  
Gal. et sinceraz in dño caritate. Quia  
E. lator pntiū inimici dyaboli ac eiusdē  
psumptuosa temeritate et psumptōe te  
meraria ductus. ab vxore diuertēs eīd  
cobitare recusat et alias est vagabundus  
p loca discurrens varia et diuersa J̄o  
rogam? vniuersitatē vestra. q. cū dictis  
E. inuēns fuerit in p̄tibz vestris ipsum  
ad cobitandum dicte mulieri tanq̄  
vxori legitime et eā maritali affectione  
tractandum per cen. ec. cōpellatis. Da  
tū re.

Sentētia lata p causa pecuniaria su  
per ordinatōe rei: de qua agitur et simi  
liter cum in eadē causa reus absoluit ab  
ipetitione actoris.

Johannes mis. re.

cef. Cū. A. d. 10. peterz. C. lib. thuro.  
ex cā mutui vel depositi vel ex causa ali  
cuius obligationis vel alio contractu

iusto modo Tandem corā nobis lite legitime testata rē. receptis testibz rē. r quia inuenimus q. A. legitime pbat ut qd se obtulit pbatz. dictū. C. ab ipenione dicti. A. duximus absoluendum. Datū rē

Forma qualiter ep̄s puicm? debeat sc̄q̄ sententiā sui coep̄i dimissoria siue commend.

**R**euereudo in

ep̄o patri r amico karissimo. 3 ep̄o veneratio. I. eadē miseratiōe. Ra tiboñ. ep̄s. Salutē r sincerā in dño caritatem. Cum sit iustum r rationabile r etiā in sacris canonibus dicatur: q. malefactores non debeant d̄ sua malicia cō modū reportare. Idcirco grauer con dolentes significam? L. laycū. in n̄as dyoc. rapinaz r q̄plures excessus publicos r notorios p̄tra d̄ū r iusticiāz r libertatem ecclesiasticāz p̄missi: quem nos canonica monitiōe p̄missa excōicauimus p̄pter p̄fatos excessus r crimia ab eodē p̄missa. Vex cū ipse snias n̄as vilipendēs non curet nobis r ec. nostre satisfacere de tantis iniurijs r excessib? iam p̄missis. rogam? vos. q. dictas sentētiās nostras publicen̄s r faciatis subditis vestris in ecclesijs vestre dyocēf. publice nūciari diebus officijs r festiuis vt nos p̄inde vobis ad p̄similia sic cōtigerit teneamur

Littera dimissoria siue commendatoria p clericis se ad partes alias tranfereantibus

**U**niuersis sc̄e

Am̄is ec. p̄latis r eoz vicarijs. I. mis. rē. Salutē r sincerā in dño caritatez. Noueritis. N. sacerdotē nostre dyoc. p̄ nos vel p̄ talem ep̄m de licētia nostra ad sacerdotalem ordinē fuisse p

in otū. vey cū item sacerdos ad ptes ali as vt asserit. p̄pter necessitatē affectaue rit se transferre. nobis humiliter suppli cauit vt ad hoc litteras dimissorias r licentiam sibi concedere dignaremur. Nos vero ipsius p̄cibus inclinati eidez non excōicato nō suspēso nec alicuius irregularitatis quā nos sciam? nota vel noxa resperfo. p̄dictas lrās r licentiam duximus concedēdas quē vniuersitati vestre perp̄sius p̄mēdantes rogamus q. cū ip̄m ad ptes vestras venire cōnge rit p̄mittatis in susceptis ordinibus in ec. vestris liberaliter ministrare ac diui na officia celebrare. nos autē quantum humana fragilitas nosse finit. vobis d̄ ip̄o laudabile testimoniū p̄hibemus

Qualiter clerici extranei non recipiantur in episcopatu sine litteris cōmendatorijs.

**T**hānes mis. rē. Dilectis suis. 3. rectoribus vicarijs archip̄sbyteris pcuratoribus r ceteris clericis ec. Argentiñ. ciuitatis r dyocēf. Salu. r bñ. Quia nōnunq̄ q̄ples sacerdotes r excōicati alij irregularies. alij itānta notati. alij interditi r suspēsi ad ptes alias se trāffe rūt absq̄ licētia dyocēfani. qd̄ cedit ad mltaz aiāz piculū Idcirco vobis i d̄m te obediēte r sub pena excōicatiōis p̄cipiēdo. N. q. nullos clericos extraneos aliū de veniētes in v̄tis ecclesijs ministrare vel d̄ina celebrare absq̄ nrā speciali licētia p̄mittat. Alio q̄n tanq̄ iobe diētes filios grauit vos puicm? da. rē

Littera p̄ quā p̄cedit p̄sb̄o aliunde veniēti q̄ cele. in ep̄am  
Thānes mis. rē. Uniuersis rectorib? cōmendatoribus vicarijs archip̄sbyteris r ceteris clericis per Angentiñ. ciuitatē r dioē. constitutis: ad quos p̄f̄s littera peruenit Salutēz r bñ. Cidimus r diligēter inspexim? lrām reuerē

di patris dñi. **P.** dei gratia **B**asilienſis  
epi sub hac forma rē. nos vero prefato  
presbitero licētiā? rēcedim? licētiā  
q̄ in vestra dyo. vel ciuitatē. vsq; ad bi  
enniū tm̄ diuina officia celebrare ita tñ  
q̄ p̄missas ralia ecclesiastica sacramēta non  
possit conferre: nisi hoc sibi iniunctū fue  
rit ab ill q̄ curaz aiaz a nobis vel a n̄ris  
predecessorib; receperūt. **In cui? rei rē**  
**Datū rē.**

**L**ittera epi directa ad ep̄m q̄ p̄mo  
ueat ad ordines clericos sue dyoecesis.

**R**euerendo in  
xp̄o patri rē. **E**p̄s rē. p̄ iohāne  
subdiacono nostre dyoc. latore p̄ntiū  
quē vobis mittim? examinātū r ad. **L.**  
ec. nostre dio. p̄ntiū. paternitatē vsq;  
duximus ex affectu rogandā **Quat.** cū  
vos cōtigerit ordines celebrare: vel sic  
q. si vos cōtigerit in istis quatuor t̄pib;  
p̄mo v̄t̄ris ordines celebrare ip̄m  
ad dyoconatus ordinē dignemini pro  
mouere rē.

**L**ittera ordinatōis ab ep̄o extraneo  
**Q**ueris pre.  
sentes lrās rē. **Sal.** rē. **H**one  
rētis nos talem clericū latore p̄ntiū v̄ li  
centia r p̄ lrās reuerendi patris tal' epi  
sui dyoecesis. ad titulum talis ecclesie  
sui dyoc. ad dyaconatus ordinē p̄mot  
uisse. **In cui? rei rē. Datū rē.**

**F**orma lrāz p̄ redēptione captiuoz  
**O**bānes mis. rē. **U**niuersi xp̄i fidelib;  
paganū. ciuitatē r dyoc. p̄ntiū ad q̄s  
p̄ntes littere peruenerint. **S**alutem r  
bene. **Q**m̄ vt ait apls. **D**ēs stabimus  
ante tribunal xp̄i recepturi prout vnus  
**J**ohannes mise. et cetera. Dilectis suis rectoribus et clericis portionariis talis ecclesie. **F**lorentis nos olim summi pontificis, recepisse litteras sub hac forma. **Q**uod et c. et cum dictum clericum tunc temporis in scientia moribus vita et puerfatione examinavimus, et invenimus dignum ad huiusmodi beneficium obtinendum. **F**los sibi reservavimus portionem quod cito ibidem si vacaret conferendam iuxta mandatum domini pape, put in littera nostre reservationis plenius continetur, nunc autem cum in dicta ecclesia quedam portio vacet ad presens propter mortem talis portionarij ipsius ecclesie, volentes ut dignum est mandatis domini pape obedire: quam auctoritate qua fungimur duimus prefato clerico conferendam, et ipsum de dicta portione per nunc pilleum investivimus, contradictores et rebelles excommunicationis vinculo inmodantes. **I**n cuius rei et c.

**C**um metropolitanus vocat ad synodum suos suffraganeos.

**M**artinus dei gratia archiepiscopus capuanus, venerabilibus fratribus et amicis in christo carissimis dei gratia episcopis, suffraganeis

capuam. ecclesie salutem et fraternam in domino caritatem. Cum ergo grege nobis commisso in extremo die iudicii nos oporteat reddere rationem. expedit quod pro ecclesia dei taliter vigilemus. ut commissus nobis gregem ab illius lupi moribus qui circumit querens quem deuoret: defendamus. non facientes tanquam mercenarii cuius proprie non sunt oues: qui videns lupum venientem dimittit oues et fugit sed tanquam boni et experti pastores gregis qui oues sibi commissas defendentes a luporum lacerantibus moribus vigilanter vt conseruent. hinc est quod vos rogamus attente et monemus. quod in tali ciuitate omni mora postposita nobiscum personaliter interfutis. vt ibidem nobiscum super utilitatibus ecclesie nostrae et totius diocesis. procurantibus habeamus colloquium et contractum.

**De aniuersario dato ec. ab episcopo viuente.**

**In nomine domini amen.** Cum ex debito nature filius ad reuerentiam tenetur. et obedientiam matris suae: que suis mamillis ipsum lactauit ubi et quibus plurimum sumpit et sudoribus enutrit. Si quidem nos misericordiae diuinae beneficus episcopus recolentes plurima bona quae a matre nostra ecclesia a teneris annis recepimus: que nos etiam in sue pietatis gremio collocandos de bono ad bonum peruenit. et de bono in melius expectauit. vt diuini cultus seruitium in dicta ecclesia non diminuat sed augeat potius ad honorem gloriose virginis marie. et beati martyris cuius corpus sanctissimum in dicta ecclesia requiescit. damus et concedimus dicte ecclesie possessionem nostram cum omnibus pertinentiis suis quam habemus in tali loco: que nobis ex successione nostri patrimonij remansit perpetuo possidenda. ita videlicet quod propter redditus

dicte possessionis una missa ad honorem sancti spiritus in quolibet die iouis. alia de omni die in quolibet die sabbati ad honorem genitricis virginis gloriose. alia in quolibet die talis martyris ad honorem eiusdem martyris beati. Ceteris vero diebus et singulis una missa de requie pro animabus patris et matris nostre et pro anima nostra decantet. Datum etc.

**De condendo testamento.**

**In nomine sancte** et indiuidue trinitatis et humanitatis. patris et filij et spiritus sancti Amen. Nos Nicolaus. diuina. episcopus memores conditionis humane: quae semper comitatur innata fragilitas: cui ab ipso vite principio mortis imperium dominatur. dum vite nobis instaret terminus. loquere tibi et memorie in nobis integritate vigente. egeri corpore sani mente sic salutem nunc aiepidimus consulendum vt rebus humanis exemplum videamur de veri et eterni dei misericordia confidentes: qui cor preteritum et humiliatum non despiciat: qui vt suum redimeret populum gustare voluit calicem passionis. Hoc presens testamentum quod nuncupatum dicitur. id est sine scripturarum solemnitate in hunc modum diximus statuendum. videlicet pro anima mea etc.

**Quando episcopus constituit procuratorem in romana curia.**

**In nomine domini amen.** Nouerit vniuersi. quod nos. episcopus nomine talis ecclesie nostre presertim fecimus seu ordinauimus. a. et b. latores presentium. procuratores nostros quolibet eorum in solidum. ita quod non sit melior conditio occupantis. sed quod vnde incepit. aliter valeat presumere in romana curia. in omnibus causis appellationum. et in principalibus

contra nos motis et mouendis a quibus  
cumque et contra quoscumque in iudi. et extra  
vbi cumque nos inuenerit citatos ab ho-  
mine vel a viro coram quocumque iudice seu  
auditorum delegato sedis apostolice ad a-  
gendum defendendum excipiendum repli-  
candum. ad petendum absolutiois bene-  
ficii ad cautelam et componendum et ad  
compromittendum in arbitros seu amica-  
biles compositiones seu arbitratores. et  
ad iudices eligendum et recusandum et  
ad impetrandum et tradicendum litteras  
legendas simplices iusticiam siue gra-  
tiam continentes et ad appellandum et  
appellationem prosequendam et aposto-  
los petendum et recipiendum: ad pstan-  
dum in animam nostram de calumnia seu de  
veritate dicenda. vel cuiuslibet alterius  
generis iuramentum. Dantes eis de quibus  
vterque ipsorum habeat potestatem sub-  
stituendi alium. seu alios procuratores  
loco suo et ipsos reuocandi quacumque et  
quotienscumque eis vel alicui eorum vide-  
bitur expedire et in se procuratoris officium  
resumendum et permitimus nos sub  
ypotheca bonorum predictae ecclesie ratam ha-  
bituros et firmum quicquid per predictos pro-  
curatores seu alterum constitutum seu substitutum  
ab eis vel altero eorum factum fuerit  
in premissis et singulis premissorum  
In cuius rei etc.

**Q**ualiter episcopus constituit procuratorem  
ad mutuum contrahendum

**U**niversis pre-  
sentes litteras inspecturis. B.  
miseratio. etc. Nouerit universitas ve-  
stra quod nos dilecto nostro magistro B. ca-  
nonico ecclesie in confluencia que ad sedem  
apostolicam nostrum procuratorem et nunciis de-  
stinamus pro nostris nostrisque ecclesie  
negociis ibidem procurandis speciale ma-

datum damus et liberam concedimus potestatem nostro et ecclesie nostre nomine mutuum contrahendi et quocumque siue quibus-  
cumque creditoribus usque ad summam.  
C. lib. T. et obligandi nos et successores  
nostros ac ecclesiam et omnia bona nostra presentia  
et futura ecclesiastica et mundana illi siue  
quibus idem noster procurator usque ad vic-  
tam summam duxerit mutuum contrahendum  
et iurandum in animam nostram pro illa pecunia  
siue parte ipsius quam ipse noster et ecclesie  
nostre nomine duxerit mutuum contrahendum  
etiam si non sit in nostram hanc ecclesiam nostram vni-  
uersitatem presentem. Et ad renunciandum priuilegio  
seu beneficio restitutions in integrum  
et exceptioni. Etiam quod predicta pecunia non  
sit presentis in nostram hanc ecclesiam nostram vni-  
uersitatem presentem alicuius substitutionis cano-  
nice vel civilis substitutionis de duabus  
viciis edite in concilio generali. cunctis  
et constitutionibus. probationibus et excep-  
tionibus: quibus contra creditores ipsos  
nos tamen possimus et per quas possit eis  
super eodem mutuo preiudicium aliquod ge-  
nerari. Dantes eidem procuratori speciale  
mandatum submitteendi nos iuridicis  
omnibus cuiuscumque iudicis capitali to-  
mini pape si veluerit. in quem tanquam  
in iudicem nostrum consentimus sponte  
scientes nostrum iudicem non esse. quod ipse  
se possit et debeat de predicta summa pe-  
cunie siue eius parte nos condemnare ac  
in nos excommunicationis sententiam ferre  
quotienscumque voluerit si pecuniam de  
qua fuerimus condemnati non soluere  
mus in termino ab ipso auditore nostro  
statim promittentes nos ratam gratiam  
et firmum habiturum. et contra de iure vel fac-  
to aliquatenus non venire quicquid de super-  
dicas vel aliorum aliquo seu aliquibus idem  
noster procurator faciendum duxerit.  
aut etiam procurandum et velut in contractu  
seu litteris eiusdem nostri procuratoris bene

inde faciendis plene contigerit contine  
re etiam si cōtigerit sup omnib⁹ premis  
sis ⁊ singulis lras apostolicas impetra  
ri conuentioni iudiciū p nos vel pcura  
tores nostros in roma. cuī. cōmorātes  
renūciam⁹ expresse. In cuius rei testio  
nium ⁊ euentiam pleniorē presentes  
litteras nostri sigilli in unimie duxim⁹  
robōrandas. Datum ꝛc.

**C**onfirmatio beneficij ad instantiam  
sui vicarij.

**U**niversis present. litteras ispe  
cturis J. mis. ꝛc. Significa  
sanctita vestre q̄ presbiter no  
stre dyoce. quāsdā litteras apertas mu  
nitas sigillo tal' nostri vicarij nobis ex  
hibuit ⁊ ostendit: quarum tenor est tal  
lis. Nouerit ꝛc. ⁊ nos dictus episcop  
us quod factum est in pmissis per di  
ctum nostrū vicarium approbantes. de  
prebēda talis ecclesie auctoritate domi  
ni pape nobis in hac parte pmissa. dict  
um presbiter⁹ p nostrum pilleum inue  
stimus ⁊ eundem instituimus in eadem  
⁊ omnes ⁊ singulos qui ei super b̄ ip̄di  
mentū quocūq; modo presulerint pub  
lice vel occulte excoīcatōnis s̄ntia innoda  
mus. prochtanis eisdem ecclesie ⁊ alijs  
vndecūq; ⁊ cuiuscūq; conditionis ex  
iterint: qui tenerent in aliquo eidez ec  
clesie **S**. in virtute obediētie vt salu  
bria eius mandata obseruent. ⁊ de iuri  
bus ecclesie predictę debitis eidem obe  
ant tanq̄ rectori suo plenarie responde  
re **R**atas ⁊ firmas habentes sententias  
quas itē pre. expresserit aut ali⁹ iustez  
rite mlerit in rebelles. In cui⁹ rei. ꝛc.

**C**onfirmatio beneficij auctoritate apo  
stolica.

**G**regorius mis. ꝛc. Discreto vi  
ro ꝛc. litteras sanctissimi patris

domini pape non vitiatas non cancell  
lras non corruptas nec in aliqua par  
te sui lesas ꝛcepimus in hac forma ꝛc.  
**V**olentes itaq; vt tēmur mandatis apo  
stolicis in omnibus obedire cum aliq̄  
canonicum non obsistat quod p̄uissio  
nem tibi faciēdam pro p̄stimonijs su  
p̄dictis impediāt auctoritate domini  
pape qua fungimur in hac parte p̄sti  
monia que sunt talis ecclesie vacantia  
per mortem **B**. canonici tibi conferim⁹  
teq; per nostruz pilleum inuestim⁹ p̄  
sentialiter de eisdem reseruata nihilomi  
nus potestate p̄uicendi pinguis de  
p̄stimonijs si fm tenorē predictarum  
litteraz de bis que tibi contulim⁹ nō fu  
erit plene p̄uissum contradictores ve  
ro ⁊ rebelles si qui fuerint excoīcatō  
nis sententiā incurrisse promulgando  
decernimus. In cuius rei ꝛc.

**I**n eundē modū vel quasi.

**N**icolaus <sup>mis. ꝛc</sup>  
<sup>Discet</sup>  
ꝛc. lras dñi pape recipim⁹  
in hunc modū ꝛc. volētes itaq; vt tene  
mur mādatis apostolicis obedire fm tel  
norē predictaz l̄arum etdē clerico p̄sti  
monia talis eccle talis dyoce. vacantia  
p̄ mortē talis canonici p̄uissim⁹ ipsū  
q; per biretum nostrū p̄nialiter inuesti  
uimus. de eisdem nobis nihilomin⁹ ꝛc  
**S**ubsistentes in eius rei executionez.  
**N**. cui quantum in hoc non tamen i  
totum commitimus vices nostras: qua  
fungimur vobis auctoritate ꝛc. **D**an.  
q. eundem vel procatorem suum eius  
nomine in corporalem possessionem p̄  
dictorū p̄stimoniorum iuxta mandati  
apostolici tenorem inducatis ⁊ defendatis  
inductam. ita tamen q̄ ad exequēda  
predicta omnes vos ad vestrum alterū  
non expectet contradictores ꝛc. In cu  
ius rei. ꝛc.

Qualiter episcopus committat vices suas canonico vt absoluet clericum fm lras penitentiarij dñi pape.

**G**regorius mis.

rc. Noueritis nos religiosi vi ri domini pape penitentiarij recepisse lre teras in hac forma. **V**nderc. **Q**uo cir ca auctoritate predictaz vobis precipi mus. **I**n. q. consideratis diligenter circũstantijs vniuersis in dictis litteris pcedendis. **I**a. a prefatis excõmunicatio num sententijs absoluantis r cum eozz super regularitate contracta dispensetis prout in prefatis litteris domini pape plenius cõmẽtẽr.

**L**ittere citatorie auctoritate domini pape.

**P**etrus misera. rc. Noueritis nos a sacriſſimo patre summo pontifi. recepisse litteras in hac forma.

**I**n. rc. ponendo totam tenorem lre rarum: quo posito ita dices volẽtes mã datam apostolicam exequi reuerenter. qua fungimur vobis auctoritate. **I**a. q. per te vel per ydoneum responsalem. viij. die post receptionẽ presentiuꝝ quẽ terminũ a nobis editum p termino per empf. assignamus apud talem locũ no stro te conspectui repñtes dicto. **I**n. in iudicio r̄ponſurus. alioquin pcedem⁹ in causa put exigerit ordo iuris. q̄ si p̄ dictis terminus in diem caderet feria/ tã sequentẽ diem nõ feriatam tibi perem pto. assignamus.

Qualiter procedatur contra contumaces fm auctoritatem apostolicã.

**I**ohannes mi

se. rc. Cum aut. nobis a dño papa. **S**. tali die coram nobis litterẽ nostris citari fecerimus. **I**de mandato nostro deducto penitus in contemptum

certo sibi termino. pempf. assignato ve nire neglexerit. ppter quod ipsum contra macem eius exigente malicia per presẽ tes d̄cernimus eum excõmunicationis sentẽnie subiacere. **Q**uocirca ne idem p modũ de sua p̄t̄m̄acia reportet. quia ni bil humilitas p̄desse videtẽr si contem p̄tis cõtumacibus non obesset. **D**iscre tionĩ me qua fungimur auctoritate sub excõmunicãõis pena p̄cipiendo. **I**n. q. sin/ gulis diebus dominicis r festiuis pul/ satis campanis r candelis accensis. de/ nunciens corã populo excõmunicãõis vin culo innodatum donec sue culpe inobe dientãã recognoscat r de predicta cõtu macia satisfecerit vt tenetur. **S**i autem mandatuũ nostrum neglexeris quod nõ credimus adimplere. te in scriptis excõ municationis vinculo innodamus.

Datum rc.

**Q**uando episcopus committit vices suas archidiacono fm auctoritatem ap/ postolicam.

**I**ohannes mi

se. rc. Noueritis nos a dño

papa recepisse lras sub hac forma. **G**rc. Cum igit̄ varijs r diuersis negocijs im pediti p̄gnitioni r decisioni ip̄i⁹ cause in tereſſe non possum⁹ de vestra prudẽtia r sollicitudine plurimũ cõfidentes sup ip̄i us cause cognitõe r decisione tenore p̄ñ tium vobis integre diffinitiuã s̄tia reſer uata p̄mittimus vices n̄as. **I**n cui⁹ rei rc. **N**ota q̄ aliqui cõmittũt sola cause co gnitõ vsqz ad diffinitiuã. r tunc dices p̄ñtium vobis auc. cõmittũt vices n̄as in eadẽ nobis diffinitiuã s̄tia reſeruata. **I**te nota q̄ huiõĩ cõmissio vel subdele gatõ aliqui fit p publicũ instrumentum.

Qualit̄ ep̄s scribit dño papa cũ ap pellatum est in cã sibi commissa.

**A**ncissimo in xpo patria dño  
 dño S. sacrosancte romane ec-  
 clesie summo pontifici. **A.** licet  
 indignus epus se ipsum ad pedu oscu-  
 la beatoru. **A.** sanctitate vestra recepi lit-  
 teras in hac forma. **O.** rē. Cum ad ex-  
 ecutionem mandati vestri humiliter et  
 deuote procedēs pres eisdē corā me fe-  
 cerim legitime euocari. **I**dem **B.** cau-  
 se p̄cessu sub hac forma vestram au-  
 diētiā appellauit coram vobis dño rē. pō-  
 nendo appellationem scdm formam si  
 expedit cōmunicato consilio sapientū  
 ipsi appellationi non duxi aliquaten⁹ de-  
 ferendum. nec ipsum tamē ab examine  
 vestri iudicij reuocauit. p̄cepti tamē ei⁹  
 dem q̄ vsq; ad triginta dies his litteris  
 vestris se conspectui rep̄saret. **I**n cui⁹  
 ius rei rē. **D**atum rē.

**P**rohemium sup gratijs faciendis

**I**udices persona

rum attendimus merita cui⁹ aliquis gra-  
 tiam exigit. **N**ec sanstis gratie dum iudi-  
 gnus intenditur nec pro bis responde-  
 si eis pro meritis gratia denegatur. **I**l-  
 lis siquidē qui merentur est dextra porri-  
 genda digna retributiōe meritoru vt sic  
 merita honestatis p̄bitantq; extollant.  
 p̄p̄grue retributiōis premiū vt et plura  
 lita magnificetur meritoru. **U**nde asseri-  
 bi cupientibus milicie clericali libenter  
 faciunt de bonis ecclesiasticis p̄viderit vt ex  
 hoc diuinū officiu⁹ artus amplectētes  
 que dei sunt auidius exequantur. **H**inc  
 est rē.

**H**is qui dant sancta opera vt cleri-  
 cali ordine dño famulentur: debz  
 et merito de bonis ecclesiasticis prouide-  
 ri vt ab eo stipendia vite suscipiant cui⁹  
 obsequijs mancipantur. **H**inc est rē.

**C**upientibus disciplinis scolasticis  
 informari libenter gratiam im-  
 partimur. vt per eam studio auidius in-  
 sistentes consequantur facilius quod in-  
 tendunt. **C**um igitur dilectus noster ta-  
 lis cupiat sicut asserit disciplinis scola-  
 sticis informari. **N**os desiderium ei⁹ fa-  
 uore beniuolo prosequentes. **M**anda-  
 mus quatenus. rē.

**I**ncipit tractatus notariatus.

**T**ractaturi de

arte notarie siue notariatus.  
**P**rimo videndum ē quid  
 sit ars notarie. **S**ecundo quid sit nota-  
 rius et quot modis nūcupetur et qualis  
 esse debeat. **T**ercio quot sint partes p̄-  
 cipales artis h⁹ notarie. **A**d primum re-  
 spondetur qd ars notarie siue notariatus  
 est aliqua scribendi et dictandi p̄tina  
 per quam fragilitatis humane negocia  
 publice et autentice notantur. **E**t quia si  
 omnis scriptura notarij autentica est. s; z  
 dumtaxat illa que in publicam et auten-  
 ticam redigitur formam. **E**t dicitur not-  
 taria a noto as are. quia in notas acta d-  
 bent redigi. **U**nd in aliquibus locis ro-  
 gationes appellatur note. quia sunt no-  
 te instrumentorum: que etiam iteo vo-  
 cantur rogationes eo qd illas rogatur ta-  
 bellio scribere et ex illis rogatur facere i-  
 nstrumentum. **D**icuntur autem proto-  
 colla a protoz quod est primum et col-  
 latio id est prima collatio. **C**onferunt eē

primo partes quid facere velint et ex illa collatione fit protocolli sine ragato. **P**ro secundo sciendum quod notarius est persona publica officium tabellionatus gerens auctoritate principis vel apostolice aut alterius ad id potestatem dandi habentis. Ad cuius fidei recurritur publice ut ea scribat et ad peccatam memoriam redigat per quibus debite fuerit requisitus et rogatus. Dicitur etiam tabellio a tabula quia olim veteres solebant notare in tabulis. ideo tabelliones appellabatur quod nomen habent adhuc in iure civili. **C. de tabel. et scri. l. x.** Dicitur etiam seruus publicus non quod vere sit seruus. sed quia eius officium ad publicam utilitatem est adinuentum. Dicitur etiam liberrimus quod sicut libra omnia equaliter et iuste ponderat et ostendere debet mensuram regulatam et consuetam ita notarius singula sibi commissa iuste liberare et fideliter sine fraude conscribere et in publicam formam redigere debet et tenetur. Dicitur quod scribatur. quia scripturas suas debet iustitiam suis curare servare et custodire. ut in glo. c. ad audiendam. de prescrip. Dicitur etiam scriba a scribendo. Notarius insuper debet esse homo liber non colonarie conditionis alterius necessitati non attractus masculus sane mentis videns et audiens integre fame hinc plenam notitiam artis notarie. **N**otandum tertio quod officium notariatus principalissime consistit circa tria. Primo circa contractus. Secundo circa ultimas voluntates et testamenta. Tertio circa instrumentorum conscriptionem. ut ergo distinctius infra dicenda memorie poterint commendari cui libet parti principalia sua annexentur capitula. **P**rima igitur pars notariatus que consistit circa contractus habebit octo capitula. In primo dicitur quid sit contractus. In se-

cundo de divisione contractuum. In tertio quot et que in contractibus exigantur. In quarto occasione quare personarum contractus vitentur. In quinto occasione quare rerum contractus infirmantur. In sexto qualiter contractus oriuntur ex obligationis divisionibus. In septimo de contrahentium pacis et ipsorum pactorum divisionibus et quanto pena posita pacis exigi poterit quanto non. In octavo de quibusdam renunciacionibus beneficiorum seu defensionibus in contractibus oppositis seu apponendis. **S**ecunda pars notariatus officii que consistit circa testamenta et ultimas voluntates novem habet capitula. In primo dicitur quid sit testamentum et de eius divisione. et quem modum servare debeat faciendo testamentum in scriptis vel nuncupatum testamentum. In secundo de his qui testari non possunt. In tertio que requirantur ad testamentum et quot testes sint necessarii et quot requirantur testes in codicillis. In quarto differentia inter testamentum et codicillum. et in quibus casibus posterius testamentum non tollet primum. In quinto de institutionibus et quibus modis fieri solet et que persone institui possunt et que non. et qualiter fiat institutio. et in quot partibus hereditas dividatur. In sexto de substitutionibus et earum divisionibus. In septimo de legatis in testamento. In octavo de successione ab intestato cum declaratione arbitri consanguinitatis et affinitatis premissis. In nono in quibus casibus pater possit filios exheredare et e contra. in quibus casibus pater possit exheredare pateres. **T**ercia pars principalis officii notariatus que consistit circa instrumentorum conscriptionem habet tria. In primo ostenditur definitio instrumenti cum ipsius divisione. In secundo quod pater debeat instrumentum. In tertio. quod sint publicatores requisite ad instrumentum. In quarto.

## Divisio

de quibusdam instrumentorum formis cum eorumdem declarationibus? Et ita prius tractatus omnibus premissis expediat sub trina membrorum distinctione in nomine sancte trinitatis suum habebit finem. ¶ Ca. i.

**N**ota sunt per Bald. in l. labeo. §. contracto. ff. de ver. sig. Contractus proprie dicitur est quod ultro citroque. i. vincitur et ex utraque parte oritur obligatio ut in contractu emptoris locationis venditoris conductionis et sic de alijs. Improprie autem tractus est quod una partium duntaxat obligatur ut in contractu donacionis. ubi solum donans obligatur ad traditionem rei donate p. l. si nois. C. de dona. immo absenti fit donatio p. l. nec ambigi. C. e. t. Similiter est in mutuo ubi recipiens solus obligatur ad tantum restituendum ut. l. si certum per eam. Improprie autem dicitur contractus quod ex nulla parte oritur obligatio sed liberatio ut fit in transactione ex nudo pacto facta. Similiter fit liberatio per acceptationem p. hoc in. l. siue apud acta. C. de transac. Valet ergo ista distinctio ut cum loquitur statuta de contractu intelligendum est de contractu proprie dicto. Nam verba statutorum proprie sunt intelligenda ut. l. i. §. in re igitur dubia. ff. de exercitio. acc. r. ff. de le. §. non aliter. Est igitur contractus proprie duorum vel plurium in idem consensus. de hoc per archidiaconum in glo. c. Romana. de foro compe. li. vi. Quando tamen ex contractu nascitur obligatio tunc non est nomen iuris sed est nomen facti quando non oritur obligatio ut in dicta. l. labeo. Capitulum etiam quatuorque promissioni pacto seu quacumque conventionione. seu quasi contractu in istis. et sic in suo generali nomine contractus prolati continent tam innominatos quam nominatos contractus. ut in glo. super verbo suo nomine. in. l. iurisgen. ff. de pac. Et qualiter

## Contractus

contractus oriatur ex obligationibus et obligationes ex contractu infra patebit.

Capitulum. ij.

## Contractuum

Alij nominati. alij innominati. Nominati sunt contractus emptionis locationis venditionis conductionis comodati depositi mandati et cetera. Qui ideo nominati dicuntur eo quod nunquam aliquo victorum vocabulorum alteri suam significationem tribuit. Et quod nomen ita stricte attributum est illi quod alteri contractui accomodari non potest. ut emptio et venditio non possunt dici accomodatum nec econtra. Innominati contractus dicuntur deo ut des. facio ut facias. deo ut facias. facio ut des. Exemplum primi ut fit in permutatione. deo tibi domum meam ut des mihi piscinam meam. Exemplum secundum promitto tibi facere instrumentum vel scribere decretales ut promittas mihi edificare piscinam. Exemplum tertium deo tibi tunicam ut tu promittas mihi scribere sermonem. Exemplum quartum promitto te informatum artem valandi ut des mihi duos florenos tenenses. Et ideo dicuntur innominati. quia eorum nomina sunt ita vaga quod alijs nominatis contractibus possunt accomodari. unde deo ut des. potest accomodari emptioni et venditioni. Ceterum ditor enim dat rem ut emptor det precium. Item deo ut facias potest accomodari locationi et conductioni. quia conductor dat mercedem seu pensionem eo quod locator sibi prestat licentiam utendi. Magis innominati contractus dicuntur pacta que ideo magis dicuntur innominati eo quod eorum nomina accomodari possunt contractibus nominatis et innominatis. quia pactum est adeo nomen generale ut omnibus contractibus potest accomodari. quia omnia

complectitur que sunt causa obligatio  
nis p[er]trahende vel tollende **Ca. iij.**

**De diffini**

tionibus et diuisionibus contra  
ctuum. restat nunc videre quot et que eri  
gantur in contractibus et ex quibus p[er]tinet  
Sed quoniam contractus constant ex tri  
bus. scilicet personis rebus et eorum de diuisi  
onibus. Et quedam persone se in p[er]trac  
tu obligare possunt. quedam autem contra  
ctum reddunt inutilem. **¶** Erunt ergo  
sex diuisiones personarum. Prima homi  
nes aut masculi sunt. aut femine. aut her  
mofrodite. Masculi sunt qui regunt et  
gignunt. Femine que patiuntur concipi  
unt et pariunt. Hermofrodite sunt qui  
habent utrumque sexum. Sed quicumque  
sexus in eis magis preualeat et preualz  
nominacionem ipsius tribuit. **¶** Alia  
diuisio personarum. alie sunt nate. alie  
nascuntur. Nate sunt que ab utero matris  
separate sunt et redierunt in lucez. Nasci  
tore que concepte adhibentur in utero ma  
tris. **¶** Tercia diuisio omnis homo. aut li  
ber est. aut seruus. Seruus est qui na  
scitur ex ancillis nostris vel qui capitur  
ad hostium potestatem. qui alio modo  
mancia dicuntur quasi manu capta.  
Secus si capitur in guerra duarum ciuitat  
um. quia talis per hoc non efficit seruus.  
si alias tempe captiuitatis fuit liber. Ca  
sus in. l. cum cognatis. **¶** C. de ingenuis et  
manumissis. Item seruus est qui maior. xx  
annis ad precium percipiendum. vel alio  
iusto titulo alie nati alicuius lucri vel co  
moditatis causa non ignarus sue condi  
tionis se vendidit vel ut precium perci  
peret. Sunt etiam alie multe diuisiones  
seruorum de quibus nihil ad presens.  
Liberi autem dicuntur nati de liberis pa  
renibus vel saltem de libera matre. quia  
liberi sequuntur conditionem matris et non

patris. **¶** C. de rei uendi. l. partem. **¶** Quarta  
diuisio liberorum. alij sunt ingenui. alij  
libertini. Ingenui sunt qui cum nati statim  
sunt liberi siue nascuntur ex duobus inge  
nuis. siue ex duobus libertinis. siue ex  
vno ingenuo et vno libertino. Unde si  
quis nascatur ex matre libera et patre ser  
uo ingenuus et liber est. Libertini sunt  
qui ex magna seruitute iusta de causa manu  
missi sunt ut insti. de liberti. per totum. et  
quot modis fiat eorum manumissio et quo  
tuplex sit status eorum habetur insti. de  
liberti. §. ult. **¶** Quinta diuisio per  
sonarum. alie sunt sui iuris. alie alieni iuris.  
Sui iuris sunt libere persone patres ma  
tres et famuli seu filij qui facti sunt sui iu  
ris per mortem parentum vel per emancipati  
onem vel alio legitimo modo. Alieni iu  
ris sunt serui. Item filij familias que ex nup  
tibus iustus precati sunt. siue obtineant pri  
mum locum filiorum. scilicet que sunt nati ex uxore  
nostris siue vltiorum ut nepotes. pronepo  
tes. Et sic ceteri ex masculino sexu descen  
dentes. Item cum omnes homines sint vel  
fuerint filij. sit de illis alia diuisio videlicet  
filiorum alij naturales et legitimi. alij les  
gitimi tantum. alij nec legitimi nec natu  
rales. Legitimi et naturales sunt qui p[er]  
creantur ex legitimo matrimonio. Legit  
imi tantum sunt adoptiui. Naturales  
tantum sunt qui nati sunt ex concubina  
unico et indubitato affectu conducta.  
Nec legitimi nec naturales sunt spurij  
ex incestuoso coitu nati. **¶** Alia diuisio  
septima omnes persone aut sunt legitime  
etatis. aut non. Legitima etas est  
a. xxv. annis supra. Et huius etatis ho  
mines dicuntur maiores. Non legitima  
etas est a. xxv. annis infra. Et huius  
etatis homines dicuntur minores. Et  
horum minorum alij dicuntur puberes  
alij impuberes. Puberes sunt a. xiiij. an  
nis supra masculi scilicet ab an. xij. sup. **¶** Et

hi etiam dicuntur adulti et adoleſcentes. Impuberes sunt masculi minores. xiiij annis. et femine minores. xij. annis. et vocantur pueri et puella. Et si patres nō habent vocantur pupilli et pupille. Horum impuberum alie sunt infantes. Et hi sunt a die natiuitatis masculi et femine vsq; ad septimum annum. Alie sunt prime infantie et hi sunt a. viij. an. supra femine ad. ix. annos. vsq; ad. xi. annuz et medium. Abinde vero supra dicunt masculi vsq; ad decimūquartum annuz. femine vsq; ad duodecimum proxime pubertati. Et hec de personarum diuisiōibus sufficiant.

**Capitulum. iij.**

**D**ictum est in

capitulo precedenti de personis et earum diuisionibus. Restat nunc videre que persone contrahendo se pōt obligare et que non. vt inferius apparebit. Sunt autem quedam ex illis que tractum vitiant ratione etatis vt infans et maior infante et proximus pubertati. vt puberes. Queda ratione conditionis vt filiusfamilias et seruus. Quedam ratione morbi vt mutus furiosus et surdus. Quedam ratione delicti vt prodigus hereticus apostata et committens crimē lese maiestatis de quibus omnibus alie quid per ordinem dicetur. Infans enim minor. viij. annis. nec ciuilitate nec naturaliter obligatur. nec alios sibi obligare potest. sed maior infante tenetur tantum de sponsalicijs contractibus et nō d' alio. Proximus pubertati aut habet tutorem vel non. Si habet tutorem et contrahit sine ipso tutore nec ciuilitate nec naturaliter obligatur. Si autē cum ipso obligatur licet si deceptus fuerit possit resti-

tu vt infra patebit de beneficio minorū sed si careat tutore obligatur naturaliter tantum et non ciuilitate. Et sola naturalis obligatio de iure ciuili inefficax est ad agendum recte sicut ex nudo pacto nō datur actio de iure ciuili. ff. de pactis. in. l. i. iur. gentium. §. s. cū nulla. et. C. de pactis. l. legem. De casibus tamen vbi ex nudo pacto datur actio vide glo. in. l. i. §. actio. §. sed in personam. Est et alius casus in lege conuentione. C. de pactis. De iure autem canonico peccant mortaliter recedentes a pactis alias licitis. extra de pactis. c. i. et. xxij. q. i. predicandū. Sunt tamen duo casus in quibus contrahens non habens tutorem ciuilitate et naturaliter obligatur. Primo ex contractu quo factus est locupletior. Secundo si contrahendo dolum commisit. Quia tunc tenetur in solidum. Puber et masculus maior. xiiij. et femina. xij. sed vterque minor. xxv. annis siue paterfamilias siue filiusfamilias sit tenetur de omni contractu inito cum predecessore suo. et ex contractu facto cum tutore decreto nisi in duobus casibus. primo cuius graue damnum passus sit. l. maius dimidio iusti precij vel fraudis consilij intercessit. i. dolose sit deceptus a tutore. In illis duobus casibus non tenetur de contractu inito cum tutore. De his que gesta sunt cum ipso pubere siue adulto distinguitur. aut quia habuit tutorem vel non. si habet non obligatur sine curatoris auctoritate. sed si non habet obligatur ipse adultus ciuilitate et naturaliter. per. l. si curatorem. C. de in. inte. res. minorum. xxv. annis. Verumtamen si deceptus est etiam pro modico damno id est minus dimidio iusti precij dūmodo non sit ita minimum qd preiudicet maiori rei. vel summe restitutionis in integrum beneficiū petere potest. vt i. dice-

# Impedimenta

de beneficio minor. sed tamen ad hoc ut minor restituat: debet se probare minorez & receptum. qz non eo ipso qd deceptus est minor intelligitur. Fallit tamen in quinqz casibz de quibus minor de inito contracto ab eo non restituitur etiam si probauerit se deceptum. **Primus casus** est quando mutat statum. id est vendendo se ad precium vel ad lucrum patriciandum. **Secundus casus** si maiori rei vel summe preiudicium generet. id est si perit se restituere in minima parte in qua dicit se deceptum. & melius est qd recipiat damnum in illa minima parte qz totus contractus infingeretur. **Tercius casus** si minor cōi iure usus sit. ubi gratia. ut quia adiuu hereditatem locupletet vel emit seruū necessarium. & postea nacteres perit vel seruus mortuus est. Nam non euentus damni sed incōsulta facultas prebet restitutōz. vt. l. non vident. **C. de integ. resti. minor. xxv. annis.** **Item quarto** si dolum cōmisit. vt. l. si his. **C. si minor maiorem se dixerat.** qz deceptus & non decipiendū iura subueniunt. **Quinto** si corporaliter iurauit se non ptra venturū occasiōe minoris etatis & sponte prestidit. vt in auten. sacra. puber. **C. si aduersus venditōz.** **Item** si iurauit per deum viuū verboten non restituitur nisi probet per ar. script. inserta. id est per instrumenta publica facta de die natiuitatis sue. **Sed** si vellet probare per testes nō audiret. **Consimilit ingeniu fore.** qz sufficiēter non probat per testes. sed qz per testes & instrumta vt dicit. l. i. **C. de testi.** **Item** filius subiectus potestati patris aui vel proau. si cum eo vel eis contrahit ciuiliternō obligatur. qz iuris interpretatione eadem est psona patris & filij. vt. l. si. **C. de im/pub.** & alijs substitutionibus nisi de castrensi. qz in tali tanqz paterfa. habetur

# contrahendi

**Si** tamen cum alio quocūqz contraxerit naturaliter & ciuilitern obligatur. beneficio tamen restitutōis sibi saluo. non tamen permittitur rem patris obligare sine ipsius consensu. nec etiam paciscendo patris conditionem potest recipere vel actionem patri competente tollere sine ipsius mandato. vt. **C. de pac. l. filius** **Consimilis casus** in. l. nō solū. ff. solu. matrimo. & l. cum maritū. **C. de lo. & libera.** **Item** alios casus speciales vbi exigunt speciale mandatum. enumerat glo. in. c. qui ad agendum. de pcura. li. vi. **Nota** seruus cum domino ciuilitern non obligatur. sed cum extraneo pacisci potest domino acquirendo. qz ex p'ona domini habet ius stipulandi. alij dō est efficaciter nō obligatur. sed ex eius contractu dominus conuenitur de peculio serui. vel de eo quod in rem domini versum est. vel quod iussu ipsius factū est. **Fallit** tamen in tribus casibus in quibus dominus de peculio serui non tenetur. **Primus** cum seruus non donat. **Item** cum vouet. **Item** cū fideiubet extra cāz pecuniar. **Item** furiosus vel mente capus. tempore furoris contrahere non potest. quia contractus nō possunt fieri sine consensu. modo expresse vel tacite consentire non potest. **Verū** tamen si contrahit mente recepta. vel cum habuerit dilucida interuilla. contractus cum eo inuis valet. **Nam** surdus & qui huiusmodi morbis naturaliter laborat. contrahere non possunt. quia stipulatio habet fieri per interrogacionem & responsionem. & is qui stipulatur verba interrogantis & econtra audire debet. **Prodigus** cui bona sunt interdicta non obligatur. **Similiter** hereticus apostata. & committens crimen lese maiestatis nō possunt contrahere. qz his psonis interdicta est a lege facultas contrahendi de

# Impedimenta

quibus latius infra de testamentis dicitur. **Ceterum** licet mulier non sit de predictis octo personis que se obligare non possunt. et licet regulariter se suo nomine obligare possit. in fideiussione tamen pro alijs non obligatur. sed iuuat beneficio senatusconsulti fultus vel leiani. de quo beneficio infra specialiter patebit.

## Capitulum. v.

**U**llo de personis que reddunt contractum inutilem videndum est de rebus: quarum occasione contractus redduntur inutiles. **Reperitur** quedam sunt iure prohibite alienari. quedam vero natura. **Iure** prohibita est alienatio predicti minoris. id est impuberis et omnium rerum ipsius minoris que seruando seruari possunt. ut auri argenti gemmarum et omnium aliarum rerum temporis prolixitate de facili non periretur. nisi eas interueniant que de iuris solemnitate in alienatione rei minoris debent interuenire. scilicet ut fiat talis alienatio ob eos alienum. ut soluat debiti creditori ipsum minore[m] urgenti. vel si usufructus nole grauaretur. **Secundo** ut fiat auctoritate tutoris. **Tercio** ut interueniat iudicis decretum: quod decretum cum magna et maxima deliberatione iudicis debet interponi. **Nota** tamen quod aliquando predictum minoris etiam sine decreto iudicis potest alienari. videlicet quando defunctus ex cuius bonis illud predictum peruenit ad minore[m] hoc in ultima voluntate iussit. vel si minor illud a principe impetrauit. **Alio** modo res que seruando seruari non possunt. ut sunt vestes carnes frumenta vinum oleum farra et similia. et animalia superuacua vendi possunt a tutoribus sine iudicis decreto. et hic appellatione predicti intelliguntur tam predicta urbana quam rustica. **Item** prohibita est alienatio filiofamilias que obueniunt filio ex aduenticio pe-

# contrahendi

culio. **Et** dicitur aduentitium peculium quod venit filiofamilias ex successione matris vel alterius sibi coniuncti per lineam matrem vel eius prospera fortuna. et ex substantia patris vel eius contemplatione: quod etiam a filio non potest alienari. nisi patre consentiente cum ipsius peculij aduenticij proprietates sit filij et usus fructus patris. **Peculium profectitium** dicitur quod obuenit filio ex substantia patris. **De castrensi** autem peculio potest filiofamilias tam cum patre quam cum quocumque alio contrahere et pacisci. quod filius alius peculij plenus est dominus. et dicitur castrense peculium: quod filius acquirat in castro per militiam suam. quasi autem castrense dicitur quasi militare: quod acquirat filiofamilias ut aduocatus magistrister vel medicus. aut ex quacumque sua arte vel officio suo de hoc plene insinuat. per quas personas nobis obligatio acquiratur. **Item** prohibita est alienatio fundi totalis inestimati dati in totum. per legem mariti. **De fundo tota**. quod si existimatus est non dicitur totalis sed emptius. **Et** hic fundus totalis neque ab uxore neque ab viro etiam consentiente vel iurante uxore alienari debet quod lex prohibet. permittit tamen ipsius alienatio ex necessitate contingente. ut quando mulier dedit in totam portionem fundi qui indiuisus est et inestimatus. et maritus provocatur ad diuisionem a socio fundi. tunc enim et ex necessitate videtur alienare cum provocatus fuerit. secus cum ipse provocaret. et ita intelligitur dicta lex mariti. **Item** alienatio est necessaria quando maritus noluit cauere vicino suo de damno infecto cui totale predictum minabatur ruinam. et ob hoc vicinus est missus in possessionem ex primo et secundo decreto. **Item** alienatio fit si mulieri expediat quod fundus conuertatur in pecuniam. ut quia uxore

# Impedimenta

illum vendit pro redimendo viro. filia pro alendo patre et soror pro alendo fratre laborantibus inopia. Item fit alienatio fundi totalis. quando loco ipsius alium fundum maritus accipit in dote. Item prohibita est alienatio illius rei quam testator in ultima sua voluntate prohibuit alienari et eam expressit quare noluit alienari. vel si persona apparet occasione cuius prohibita est alienatio. Item prohibita est alienatio rei lingiose Res d cuius penatione lingium mouet vel questio seu causa inter petentem et possessorem. Fit autem lingiosa res in continentem oblato libello. et huius lingiose rei prohibita est alienatio adeo: quod magne sunt danti et recipienti rem lingiosam impositae pene. Etiam ille qui accepit eam emptionis vel donationis seu quocumque alio titulo sine tractu. si quidem sciebat rem lingiosam cogitur rem reddere et nihilominus priuatur precio. ille vero qui alienauit precium quod recepit cogitur prestare fisco et tantum de suo. Si autem qui accepit ignorauit rem lingiosam cogitur reddere et restituit sibi precio a venditore qui venditor tantundem dabit emptori de suo et fisco. emptori tertiam partem. quia eum recepit. duas vero partes dabit fisco. Et haec pena locum habet etiam in donatione rei lingiose. ut facta vera estimatio rei puniatur uterque ut dictum est in precio. In certis tamen casibus permittit lex rem lingiosam alienari ut causa dotis vel donationis propter nuptias transactionis vel divisionis hereditatis. ut habetur in l. censemus. C. de lingiosis. Item propter permitit alienationem illius rei primis pensis in funere defuncti. pro solutione debiti. et pro cibariis familie. Et ff. de pen. bere. l. diuus pius rescripsit in. §. causa autem. v. nam funeris grana. Item

# contrahendi

nota inutilis est contractus si quis suam rem pure stipuletur vel emat. Secus vero si sub conditione emat. quia in euentu conditionis valebit emptio. ut puta si emat et res defineret esse sua. quia tunc adueniente conditione tenetur rem emere et ei dare. alioquin estimatio rei dare debet. Valet tamen emptio rei proprietate possessionis: quam emptor non habet. vel ratione alterius iuris sibi emptori deficientis in sua re. Aliene tamen rei venditio permittitur in preiudicium vendentis non autem ementis. Sed tamen distinguo hic de emptione. aut efficit emptor sciens alienam rem emit. aut ignorans: si sciens rem alienam emit iterum distinguatur. quia aut sibi fuit cautum de euictione aut non. si non fuit cautum. non potest agere contra venditorem. imo precium datum perdit per. l. si fundum C. de euict. Si autem sibi fuit cautum per promissionem stipulatione vallata tunc tenetur venditor emptori ad pretii restitutionem et ad omne id quod promissum erat per stipulationem siue sit duplum siue triplum et etiam ad interesse Si autem ignorans emit rem alienam et fuit sibi cautum tunc est. si non fuit sibi cautum agere contra venditorem ad precium et ad interesse ad duplum siue triplum aut simplum. prout natura contractus exigit per. l. non dubitatur. C. de euict. Causa tamen est singularis in l. vi. §. emptor. C. l. communia de legatis ubi quis emit rem alienam etiam sciens que mandata sunt restitui per fideicommissum re tali euicta nihilominus recipiet precium. Item nota rei alienae prohibita est obligatio vel impignoratatio sine consensu illius cuius est. Et creditor qui alienam rem in pignus accepit non habet in ea ius pignoris vel hypothecae. quia debitor illo pignore vel

## Impedimenta

alia re aliena debita constituere non potest. eo quod nemo plus iuris in alium transferre potest quam ipse habeat. in regula: nemo plus iuris de regu. iur. lib. vi. Dicitur autem pignus proprie res mobilis que pignori datur creditori. et datur ei possessio illius rei. ubi autem non transiit possessio in creditorem dicitur hypotheca. Item inutilis est stipulatio super rebus que in rerum natura non sunt nec fuerunt. vel si stipuletur quis hircoceru vel chymeram. Item si quis stipuletur res impossibiles sibi dare ut solem lunam vel aureos montes. Item si quis stipuletur rem que licet fuerit tamen modo non est. ut si quis stipuletur stichum mortuum non valet stipulatio. sed si ipsa precessit mortem. ut quia aliquis promisit dare stichum die statuto. sed fuit in mora. postea mortuus est stichus. tenetur ad estimationem stichi. eo quod fuit in mora. verum si quis stipuletur rem que non est sed futura speratur ratione rei videlicet stipulatio. ut si quis stipuletur futurum partum ancille vel futuros fructus. vel si quis emerit tacitum chren ubi inest conditio. ut si quid capiatur illud debeat. Item prohibita est alienatio mancipij christiani in iudeum. quia non licet iudeum possidere mancipium christiani. Item prohibetur alienatio rerum que a commercio hominum sunt exempte. ut sunt res sacre religiose et sancte. et que deo sunt dedicate. ut eccle. et liber homo. Sunt namque res sacre que publice et non private per pontifices deo sunt dedicate ut ec. Religiose vero sunt sepulcra seu loca in que homines mortui inferuntur. Sancte sunt res ut muri et porte civitatis municipiorum et castorum. adeo quod pena capitis imponitur violatoribus earum. ut si aliquis aliter ingreditur civitatem vel municipium quam

## contrahendi

per portas. Publice res sunt flumina portus maris. et etiam que dedicate sunt populo. ut stagnum stadium publica orbita. Est ergo inutilis contractus super rebus predictis. imo emptor qui scit res tales esse et emit perdit pretium et rem. Et si ignorans a venditore sciente sibi copavit. tenetur venditor in id quod sua interest se deceptum non fuisse. verum fallit in superfluis vasis ec. que si debita vrgens iminet vendi potest alijs venerabilibus locis vel contracta privatis. Fallit etiam in libero homine qui vendi et alienari potest si interveniunt ea que habent in. l. ij. C. de patribus que si. dista. nec est contra legem. qui filius. C. que res pig. da. pos. vel non. Et certe autem res et prohibite sunt alienari nisi vrgent tale debita quod ex mobilibus solui non possit. tunc enim debet primo in pignori creditori. ut ipse creditor tandem teneat eam quod de fructibus et de sorte sibi fuerit satisfactum. vel si non inveniatur qui rem pignori velit recipere. tunc recte coram episcopo debet iurare parte maiore parte ibidem intervenientium ut debita sit vrgens et quod de mobilibus solui non potest. et hoc facto debet res subastari et stare venal. xx. diebus. et plus offerenti debet. deinde res debet vendi cum consensu maioris partis ibi intervenientium facta mentione de predictis omnibus solemnitatibus. et hoc secundum leges. Secundum iura canonica vero venditio rei immobilis ec. etiam si solum interveniant iste solemnitates que in emptio concessioibus. hoc modo est. ut si res valet. x. addatur undecima pars. et interveniat episcopi autoritas et capituli consensus. vtili causa assignata si non inveniatur apertior modus debet dari emptori vel in solutum creditori adsecta undecima parte in pretio universa est matonis rei no. in. l. sanximus. in autem. propterea. C. de sacrosan. ec.

## Capitulum. vi.

**Q**uoniam visum sit  
 quod duobus ex quibus contractus  
 constat. scilicet personis et rebus. Restat  
 nunc videre de obligationibus. Est autem  
 obligatio iuris vinculum quo necessi-  
 tate astringimur alicuius solvende rei  
 vel aliquid dandum vel faciendum sibi  
 nostre civitatis iura. ut in l. de obli. in  
 principio. Obligationum alia naturalis  
 est. alia civilis est. alia naturalis et civilis  
 simul. Naturalis est que naturalem  
 equitatem continet. hac naturali soluz  
 obligatione se obligat pupillus. p. xim?  
 pubertati sine tutoris autoritate non fa-  
 ctus locupletior nec dolum committens.  
 Item servus domino et cuilibet alteri  
 persone. Item filius patri in eius pote-  
 state existens et e contra. sed talis natu-  
 ralis obligatio inefficax est ad agendum.  
 Civilis obligatio est cum quis solenni-  
 tate iuris astrictus est. Et talis obligatio  
 ex sola dispositione legis pcedit. ut cum  
 quis confessus est mutuo recepisse. x.  
 spe future numerationis de quo mutuo  
 scriptura est facta post biennium tenetur  
 civiliter. licet pecunia non sit numerata.  
 sed naturalis equitas eum teneri non suadet.  
 Unde licet sibi ius civile taliter con-  
 fessus sit obligatus. naturalis tamen equi-  
 tas non vult ut solvat id quod non re-  
 cepit. sed quia potest infra biennium ex-  
 cipere de non numerata pecunia: quare si  
 non opposuerit tunc vult naturalis equi-  
 tas quod sibi imputetur. et tenetur naturali-  
 ter et civiliter. Patet ergo quod naturalis  
 obligatio per se seu civilis obligatio p-  
 se ad agendum est efficax et inevitabilis.  
 Naturalis et civilis obligatio est ubi am-  
 bo concurrunt scilicet persona que de iure  
 contrahere potest et dispositio legis. et  
 hec efficax est ad agendum. Obligatio

in naturalium et civilium simul. alia est  
 ex contractu. alia ex quasi contractu. alia  
 ex maleficio. alia ex quasi maleficio. Obligatio  
 ex contractu est que precio contractu  
 descendit. et que ex ipso precio et contractu  
 descendit. ut emptio venditi. loca. p. du.  
 dona. et huiusmodi. Et quasi ex contra-  
 ctu obligatio est. ut cum quis gerit alte-  
 rius negotium sine ipsius mandato ut  
 sunt tutor curator sine negotiorum gestor  
 et similes persone. Isti enim non con-  
 traxerunt cum illis: quorum negotia gesse-  
 runt. unde non tenentur ex contractu sed  
 quasi ex contractu. Ex maleficio: ut quasi  
 aliquis furtum rapinam vel iniuriam alicui  
 fecit: tenetur ex maleficio. Ex quasi  
 autem maleficio est quando aliquis di-  
 recte non deliquit sed quasi. ut quando  
 ex domo sua quam inhabitat aliquid ef-  
 fusum est vel eiecit quod alteri nocuit.  
 ut in l. de obli. que ex quasi maleficio  
 nascuntur. in prin. Contrahuntur autem  
 obligationes aliquando re. aliquando verbis.  
 aliquando litteris. aliquando consensu. Ex re con-  
 trahitur obligatio ut in mutuo comodato  
 deposito. similiter et in pignore et c.  
 Ex re igitur mutuata tenetur quis ad simili-  
 lem rem reddendum. Ex re vero commo-  
 data deposita vel pignoratata. tenetur quis  
 ad eandem rem restituendum. Pro  
 evidentiore intellectu obligationum est no-  
 tandum. quod res quedam nullum habent  
 usum. proprie loquendo. sicut pecunie que  
 solum sunt medium rerum que usum habent.  
 unde pecunie per huiusmodi generis pcedia  
 inveniuntur ad supplementum earum rerum  
 que per se hominum sunt necessarie. ut vult  
 Aristoteles. i. polli. et id pecunia proprie non potest  
 vendi emi vel locari nec produci. potest tamen  
 mutuari deponi et pignori dari. Quod ad sunt  
 res quare plus est ipsarum consumptio. sicut  
 vinum cerevisia panis caro. et licet de alijs  
 et res non habent locari nec produci. potest tamen

# Obligatio

## in contractu

em vendi deponi permutari et mutari.  
ligatum est: et sine causa postea apud al  
terum retinetur. aut per aliquem effici  
amplius apud eum esse non debet. Item  
si penes te habes rem meam quam non  
habes ex contractu vel quasi: ex malefici  
cio vel quasi: aut alias quouis modo es  
mihi obligatus. et sic sine causa res mea  
est apud te. competit mihi repetitio rei ex  
hac conditione sine causa. Et huic bene  
ficio quis potest renunciare. nam certum  
est quod soluto debito repeti potest beneficium  
per conditionem sine causa. ut in l. dis  
solute. C. de conditione ex lege et sine cau  
sa. possum ergo renunciare huic repeti  
tioni. Sciendum quod propter inopiam  
alicuius quis potest repetere debitum a  
suo debitore ante terminum solutionis  
statutum ad soluendum fisco tributum  
quod alias non liceret per. l. j. C. de condi  
ti. ex. l. modo huic beneficio quis pote  
rit renunciare sic quod propter quamcumque  
inopiam non velit exigere debitum ante  
tempus a suo debitore

**E**xceptio doli mali est quando ali  
quis dicit se dolo et calliditate  
alicuius inductum fore. et huic  
exceptioni ob dolum preteritum poterit  
quis renunciare. Notandum dolum nunquam  
patrocinatur dolo: nec prestat ei cau  
sam rescindendi contractum per eum ini  
tum per l. cum prouidearis. C. de reuo  
can. dona. Ideo semper omnis contrac  
tus valet quo ad iudicium doli. nec  
transactio rescinditur ad instantiam pro  
prium dolum allegantis. Casus in. le.  
transactione finitur. C. de transac. Do  
lus malus consistit in calliditate: falla  
cia et machinatione. ut. ff. e. n. l. i. unde

calliditas committitur in tacendo vel dis  
simulando. ut si quis venditorum scie  
bat rei vendite deberi seruitutem aut ip  
sam alienam vel alteri obligatam fore.  
Fallacia autem est in mentiendo et falsum  
asserendo contra conscientiam machinatio  
fit autem ex parte verborum. Nam dicit  
beatus Augustinus. vniuersa verba insti  
ta sunt non ut per ea homines se inuicem  
fallant: sed eis quisque in alterius noti  
ciam cogitationes suas proferat: verbis  
igitur vni ad fallaciam peccatum est. vi  
cesima secunda questione secunda. **I**s  
autem

**B**eneficium fori quod competit  
scolaribus. scolaris enim qui  
bononie moratur subiectus est  
iure communi iudici bononie. eo quod  
bononie habitat. sed per privilegium po  
test declinare et dicere quod velit coram suo  
doctore conueniri: et huic beneficio po  
test renunciari. Nota illud beneficium  
non solum datum est scolaribus: sed etiam  
legum professoribus magistris et docto  
ribus. ut dicit autentica habita. C. ne  
silius pro patre. Et illud privilegium dicit  
eis facultate secute ad eundem loca studio  
rum et transeundi et conuersandi in illis  
cum illorum nunciis et rebus debent etiam  
tueri ab iniuriis et damnis. Et licet  
illud idem dicat ius commune. ut. l. con  
gruit. ff. de officio presb. tamen scolares  
maxime secute debent ire et habitare. et  
ideo generaliter non erat dimittendum  
tanquam speciali non digno. Et sic illud pri  
uilegium ultra ius commune operatur  
per. l. si quando ff. de le. i. Nam non tene  
retur ad pedagum nec ad gabellas pro li  
bris suis quos secum studij causa ferunt  
aut vestimentis aliisque rebus ipsis pro  
victu necessariis. Queritur qui dicantur  
scolares: et qui gaudeant privilegio  
dicte autentice. Respondetur quod iurati

tes scolas et studentes non facti aut vagabundi ar. l. qui sub preterito. C. de sa. san. ec. 2. l. i. C. de thurombus. li. xij. et ibi glo. dicit quod vagus scholaris non debet fieri magister. Item gaudent doctores licentiam in decretis legibus et in artibus: licet scolas non intrent dum tamen intrare non prohibeantur: et sic ex natura rei mutatis est actus non aut habetis. ideo non habet obesse. sic nec honores actus conditione non mutata ut. l. penult. ff. de senato. Queritur an hec autentica corrigat legem cum clericis. C. de episo. et cle. ubi dicitur quando reus habet plures iudices electio est actoris. cuius tamen contrarium habetur in autentica predicta in fine. Nam reus potest eligere sibi iudicem quem voluerit. Respondetur quod ista lex non corrigitur. quia hoc speciale est in scholaribus. alio vero regulare ut dicit glo. dicte autentice. Queritur an scholaris possit variare. Dicendum secundum glo. autentice usque ad litem contestationem. non postea argumento legis si cum votem. §. eo autem tempore. ff. de iuris. om. iuris. Cuius tamen et communiter alij doctores allegantes. l. non vniq. ff. de eo quod certo loco. tenet contrarium unde dicit Cuius ex quo semel elegit amplius variare non potest. facit ad hoc lex statum liberorum in. §. sicutum. ff. de leg. secundo queritur scholaris existens in studio conventus coram episcopo elegit doctorem suum laicum. quia de clerico non est dubium quin potest. ideo de laico queritur an istum possit eligere. et videtur quod non per ca. si diligens. de fo. co. pe. alij dicunt quod potest. quia auctoritate legis illud facit. Cuius tenet primum dicens quod illud privilegium fuit eis concessum antequam clerici essent exempti a iurisdictione principis et facti de iurisdic

tione ecclesie per autem. statim. C. de episo. et cle. Ideo hodie non potest. quia privilegium principis non potest cum eximere a iurisdictione episcopi. Queritur scholaris conventus coram doctore vel potestate elegit episcopum. et sub isto vult reconuenire laycum actorem an possit. et videtur quod sic per authenticam et consequenter. C. de senten. et interlo. om. iuris. Contrarium dicunt Jo. de barena et Cuius. quia agens non agit ibi sponte. et sic non eligit sibi iudicium episcopi. nisi merito non debet ibi reconueniri. facit lex ij. §. sed si agunt. ff. de iuris. et quia trahitur et non trahitur. igitur et. ar. l. si. ff. quod quisque iuris. nisi conventio fiat ex eodem negotio. quia tunc non reconuenio. sed natura cause et ex necessitate operatur ne ad diversum iudicium eatur. ut. l. i. ff. de quibus rebus ad eundem eatur. Queritur quod si scholaris habet duos doctores et coram uno fuerit elegit alium. an possit. Bal. dicit quod si is sub quo est fuerit est principalis eius doctor tunc ille est petens. et ideo alium vel in petentem non potest eligere. sed vel potest vel episcopo. sed si ambo essent principales tunc potest gratis facere et eligere quem velit. ut. l. si quis servum. §. inter duos. ff. de lega. Queritur secundo an scholaris sub pensus ab introitu scolaris et alijs scolasticis actibus gaudeat beneficio huius autentice. Et dicendum quod non per capitulum. ex litteris de constitutionibus. presertim in inchoandis. sed vero in iam inchoatis. argumento legis cum quedam puella. ff. de iurisdic. omnium iudi. An studens in civitate interdicta habeat privilegium huius autentice. Dicendum est quod non si ex interdicto studium generale sit vel intelligatur interdictum. facit quod non. in ca. privilegium. de reg. aur. li. vi. et ibi per glo. et quod non. insu. de capi. dimi. §. vlt.

**B**eneficium quod dicitur condi-  
tionis incerti. quod habet locū  
quando aliquis institutus he-  
res rogatus est hereditatem vel certam  
partem alteri restituere. vel si aliquis in-  
stitutus est heres si discesserit sine liberis  
substitutus est ei alius. et sic substitutus  
habet ius in hereditate: eo quod aduenien-  
te conditione debet in eum venire ipsa  
hereditas. et tale fideicommissum dicitur  
incerti conditionis. quia incertum est an  
institutus decedat sine liberis vel non. et  
huic beneficio substitutus potest renuncia-  
re. De insti. infra cum de testamentis agit  
tractabitur

## Beneficium iu

**B**eneficium iu-  
ris ypothecarum competit uxori  
in bonis viri. quia omnia bona mari-  
ti sunt tacite obligata uxori pro dote. et  
huic beneficio potest uxor renunciare si  
tamen certificetur quod illud beneficium  
ei competit. debet enim ultra semper cer-  
tificari de iure suo quia licitum est mulie-  
ribus ignorare iura. Item predictum be-  
neficium competit etiam creditori si bo-  
na debitoris sint ei tacite vel expresse ob-  
ligata. et huic beneficio potest renunciari  
Beneficium senatus consulti velleiani  
competit mulieribus intercedentibus  
seu se obligantibus pro alio Et dicit il-  
lud beneficium quod si mulier fideiubeat seu  
pro alio se obligat realiter non teneatur  
cum de iure mulier fideiubere non possit  
et omnino uir o subdit et sue voluntatis non  
existat. ut habetur tricesima tertia que-  
stione quinta. mulierem. et huic benefi-  
cio potest renunciare. debet tamen de eo  
certificari. Notandum quando mulier  
recipit tutelam filii. vel auia tutelam ne-  
potis debent renunciare secundis nup-  
tibus velleiano et omni alio auxilio glo.  
l. i. ff. ad velle. ponit aliquos casus in quibus

mulier tenetur primo si fideiubeat pro  
pecunia danda pro libertate. ut. C. eo.  
ti. l. penult. Item pro dote p. l. si dotare. et l.  
vlt. Item si renunciat beneficio velleiano  
ut. l. i. §. si. ff. e. ti. Item si accipiat presi-  
cium pro intercessione. ut. le. antiqua.  
C. e. ti. Item si decipiat. ut. l. si decipiē-  
ti. ff. eo. ti. Item si caueat: et hoc si possit  
biennium a prima intercessione quia in-  
tercessio secunda post lapsum biennij scilicet  
aufert mulieri beneficium velleiani. ut  
l. si mulier. C. eo. ti. Et ponit glo. de me-  
tra. Casibus in senis mulier sponten-  
do tenetur. Pro libertate pro dote re-  
nunciansque. Recipiat precium decipiat  
cauensque secundo Item septimo si in re  
suam fideiussit. ut. ff. eo. l. alij. et l. de  
die. §. que mulierem ff. qui satisda. co.  
Item octavo si successit illi pro quo in-  
tercessit. ut. l. quam uis. §. plane. ff. e.  
Consimilis glo. habetur in. l. si. C. eo.  
ti. Et. e. vlt. l. colligitur casus singula-  
ris ubi ex nuda pollicitatione de iure ci-  
uili competit ratio fauore dotis. nam di-  
cit lex generaliter sanximus. ut si quis  
maior xxv. sine masculis sine femina do-  
tem pollicitus sit vel sponsoderit pro qua  
libet muliere cum qua in matrimonium licitum  
est omni modo compellatur suam  
confessionem adimplere. Et subiungit  
cum enim scimus fauore dotium et anti-  
quos iuris conditores seueritatem le-  
gis sepius molliri merito et nos venimus  
ad huiusmodi infanctionem facit etiam  
ad hoc. l. i. §. i. ff. de pollici. Notandum  
quod illud privilegium dotis magis est pri-  
uilegio velleiano. sed minus privilegio  
etiam concessio. nam si minor etate. p. m. t.  
teret dotem nisi postmodum ratificaret  
petere potest restitutionem: quam muli-  
er non potest repetere ut dictum est. Sequitur  
correlarie quod aliud est pro alio p. m. t.  
seu fideiubere. et aliud sine obligatione

# Beneficium iuris

pro alio soluere. nam primo casu iuuat  
mulier beneficio velley. Sed vtro casu  
non p̄sent ei repetitō contra debitorem  
tanq̄m in debitum soluisse casus in. l. mu  
lieribus. C. ad velle. quia dicit glo. ibi  
mulier soluens p̄ alio videtur donare.  
igitur ei nō p̄sent beneficium velle. p̄t tñ  
nihilomin⁹ mulier repetere ab illo pro  
quo debitū soluit. Notandum. Ja. de  
refen. dicit q̄ ea dē fragilitate qua mul  
ier intercedat ex eadē enā renūciat: igit̄  
tenet q̄ mulier beneficio velle: non p̄t re  
nunciare allegat. l. coli. §. diuersum. ff.  
de noua. §. glo. penf. C. d' velle. tenet  
contrariū mora p. l. fi. §. penul. ff. eo de  
Plures tñ doctores tenēt opiniones  
Ja. qz p̄sumit ius q̄si mulier fraudu  
lenter et ex fragilitate inducatur ad renū  
ciandum beneficio suo. et illud sit specia  
le: licet alias sit regulare q̄ quis poterit  
renunciare privilegio suo in sui fauorē  
introducito vt. l. si quis in p̄scribent. C.  
de pac. Itē quidā dicūt q̄ valet renun  
ciatio talis iudicialiter facta muliere cer  
tificata de privilegio suo allegātes. l. fi.  
C. si mulier. ff. ad velle. C. inus in. l. ge  
neraliter. C. eo. n. distiguit. aut mulier  
obligat se p̄ marito vt in aut. si qua mu  
lier. eo. n. et non valet renunciatio etiā  
si fiat in iudicio. aut intercedit pro alio  
non suo marito: et tunc aut sine scriptis  
et subscriptione trium testium iterū re  
nunciato velleyano. et tūc seruatur cas  
sus in. l. antiqua. §. fi. eo. n. Aut interce  
dat interscriptis cū solēnitate hui⁹ legi  
antiqua. et tūc aut renūciat velleyano  
in causa in qua ipsa mulier obligatur ne  
cessario et valz vt in auten. matri. C. q̄si  
mulier tutele officio fungi p̄t. aut alias  
renūciat in causa non privilegiata: in  
iudicio tenet et extra nisi ratificet post bi  
ennium non tenet Jo. an. in nouella di  
cit ad euitandum ambiguitates legis

# ypothecarum

rum cautū sit q̄ in renunciando h̄mōi be  
neficio mulieris interueniat iuramentū  
et rata manebit renunciatio Sentit idē  
Bertholdus in. l. sciendū. ff. de r. sig.  
Notandū instrumentū in q̄ mulier con  
fessa est se recepisse pecuniam p̄ sua int̄  
cessione facit cessare velleyanū et plenā  
fidem facit: et paratam habz executōem  
vt no. in dicta. l. antiqua Sed diceret  
an mulier debeat auditu lēs p̄bare q̄  
eo tpe q̄ debeat pecuniam recepisse non  
fuerit in loco instrumento p̄scripto. Et  
videtur q̄ sic. per. l. cum precibus. et de  
pba. c. tercio loco de pba. et c. cum Jo.  
de fi. instru. R̄spondetur q̄ nō admittit in  
p̄trarium p̄batio: quia illud instrumēt  
um habz p̄scriptiōem iuris et de iure  
vt. l. fi. C. arbitriū tutele si h̄o essz tale  
instrumentū q̄ inducetz p̄sumptiōē  
iuris et de iure: tūc admittet p̄batio  
in p̄trariū vt dicit iura in p̄trarium de  
ducta. Quid si mulier dicat se modicū  
recepisse et p̄ magna summa fideiussisse  
an pro residuo iuuatur velleyano. Op  
niones plures fuerunt sed senatus in l.  
antiqua p̄cludit q̄ quantūcūq̄ mulier  
modicū receperit fideiubendo non iuuat  
tur. quia in tali casu non videtur curare  
de b̄nficio. ymo renūciare pot̄ videt̄ i  
delusione sui beneficij. Sciendū q̄ ex. §.  
si min⁹ dicte. l. antique colligit̄ nouus  
casus in q̄ mulier nō iuuat velleyano vi  
delicet q̄si alteri obligationē nouauit et  
ob eam causam pecuniaz recepit vel pig  
nora vel etiā p̄t̄ excun debz et quantū  
nō est solūto restituit̄ actio in veterem  
debitorem. et in tali nouatione non cō  
sideratur an nouans sit soluentor vel nō  
vt. l. q̄ sa. da. §. priore. ff. de fideiussō.  
et insti. quibus modis obligatio tollit̄  
§. p̄terea nouatione. No do hoc ē sin  
gulare q̄ in sua nouatōe facta per mulie  
rem consideratur an mulier sit soluentor

## Renunciatio

vel non. nam si est solvendo executi. si autē datur actio p̄tra veterem. rō specialitatis: qz olim p̄ senatuscōsulū vel leianū mulier subducebatur. r̄ actio dabatur in āniquū debitorē indistictē. nūc autem introductum est per illam legem q̄ mulier si est solvendo prius excuti debet. Item beneficium vel leyanum competit etiam heredibus similiter fideiussoribus mulierum. p̄. l. heredis. r̄ per. l. mulieris. C. e. n. sciendum pietas p̄sonae nō excludit vel leyanū. h̄ pietas cā sit nam mulier iuvatur etiā si intercedat p̄ filio. vt. l. si. C. e. n. Item in. l. cum ad eas. C. e. habet casus. q̄ mulier iuvatur si creditor eligat potius cum ea contrahere q̄ cum masculo suo: r̄ hoc propter calliditatem creditoris: que considerata sit si contraheret cum viro r̄ mulier si deiuberet: ip̄a mulier iuvatur vel leiano quare elegit cōtrahere cum vxore ita vt vir deiuberet. n̄b̄ ilominus tamen creditor competit beneficium institutoris contra maritum qui pene contraxit licet multum fide dicatur contraxisse. finis huius.

**R**equiritur de beneficijs q̄b̄ q̄ ad quid renunciari potest r̄ quo ad quid non. Est quoddam beneficium q̄b̄ dicitur redibitorium: r̄ competit illi qui ignorans emit rem morbosam vel viciosam. Ex hoc enī beneficio potest emptor agere contra venditorem vt reddat sibi precium r̄ accipiat rem. Et hec redibitoria competit infra sex mēses. Est etiam aliud beneficium q̄b̄ appellatur quanti minoris. r̄ dicit q̄ si aliquis emit animal vel aliam rem viciosam ignorans: potest agere contra venditorem petendo sibi illam partem precij reddis quam non dedisset si sciisset illud animal adeo viciosum. r̄ hoc beneficium cōpetit infra annum. r̄ huic beneficio pre-

## beneficiorum

dictarum actionū potest actor renunciare r̄ renunciatio prodest venditori si venditor viciū vel morbum ignorabat. Si autem rei viciū vel morbum sciuit r̄ subtrahit: nec emptorem certificavit ratione doli in venditione commissi: renunciatio predictarum actionum facta non valet. Sciendum tamen qui scient emit morbosam vel viciosam nō agat redibitoria actione vel quanti minoris vt. l. j. §. si intelligatur. ff. de edil. edi. Itē glo. dicte legis prime dicit q̄ actō redibitoria vālis competit proprie pro fundo p̄ducente verbas pestiferas vel etiā libris incorrectis multū. Directa vtro p̄ animalibus morbosis. Dominus Albertus dicit si scolaris emeret librum incorrectam agere posset redibitoria. sec⁹ in doctore. nam ille expertus est qui potuit bene providere: ita tamē q̄ defectus sit manifestus r̄ luat quare non prosperat. Item dicit q̄ prolenete non agunt redibitoria: quia presumuntur multū experti: quia sepe cōtrahunt r̄ vendunt nota fm glo. l. j. ff. de edil. edi. Redibitoria simulā modis. Primo propter morbum corporis: qui vsuz rei impedit siue sit perpetuus siue temporalis. vt in. l. p̄ p̄. eo. n̄. Secundo propter viciū animi quod quandoq̄ adest quandoq̄ etiam abest. Tercio quāto aliquid abest quod dictum est adeste. Quarto pro vicio animi quod est in iumentis. vt in. l. bouem. eodem titulo. Quinto quando venditor non cauet. id est non certioravit emptorem de vicio rei. vt in. l. si venditor eodem n̄. Sexto q̄ debet venditor emptori significare seruz fore fugitivum vel furem. aut i barena pugnasse vel capitalem commisisse dolum. vt q̄ voluerit seipsum eximere rebus humanis. Notandum solum precium rei emptoris in iudicio redibitorio deducit. non autē

## Renunciatio

damna cum ab ipsis liberetur venditor  
emptori. p. d. n. s. rem venditā dimitte  
to p. l. q. si nolit. ff. eo. n. **I**tem fidei  
non patitur redhibitionem sed civitates  
et populi sic casus in. l. i. §. illud sciēduz  
ff. e. n. **S**ciendum p. regula q. p. vicio  
animi non datur actio redibitoria vt in  
l. ob que vicia in. §. animi at viciū. ff.  
e. n. **F**allit hec regula primo si vendito  
se obligauit cauere d. vicio animi vt ser  
uum non esse errorem: furem vel fugiti  
uum: vel consimile **S**ecundo si dicitur  
est viciū abesse et adest. vt in. §. in sum.  
e. l. **T**ercio si seruus est erro. **Q**uarto si  
sumentum est pauidum vmbrosū vel  
calcitrosū. vt in. l. bouem. e. n. **S**eru  
qñ viciū animi causatur a vicio corporis  
vt ex infirmitate et febribus **U**ltimus  
sciendū q. vini ad mensurā venditi piculū  
p. tingēs ante mensurationē non morosā  
ad venditorē spectat **V**enditi at vt corp?  
vel vt spēs periculū est emptoris: quod  
etiā obtinet in frumento oleo et silibus  
**C.** in. l. cum puenerit. **C.** de periculo et  
comodo. de rei vendi. **U**t ergo clari ap  
pareat cui sit periculuz in p. tractione rei  
vendite: seruanda est hec tanq. aurea re  
gula. **C**um venditio sit pure siue scriptis  
certe speciei: et rei que degustationē non  
exigit: periculum omne spectat ad emp  
tores: excepto casu publicatōis. **E**t nisi  
pactū mora culpa vel calliditas vendito  
ris seu tradētis interuenerit d. pure. qz  
si sub p. ditione et ante p. ditionis euentū  
res pereat: perit venditori. licz secus sit  
si res facta sit deterior. ratio qz oīno nul  
la fuit obligatio ex q. p. ditione nō extabat  
**D**icit siue scriptis ideo qz p. nō existē  
tis p. ditionis: empno nō est p. pleta. l. si  
empno celebretur in scriptis: periculū  
ante scripturā scām p. inet ad venditorē.  
vt i. l. p. tractus. **C.** de si. instru. similis  
casus habetur in si. e. n. §. cum autē **D**i

## beneficiorum

citur certe speciei quia si venditio in ge  
nere sit facta. vt dicendo vendo tibi bo  
minem hoc casu non spectat periculum  
ad emptorem. nam totū genus non po  
test perire. secus si species esset cernita  
ta. vt vendo tibi fideiū vel pampbilū  
ex quo nō est certa species: spectabit pe  
riculum ad venditorē si alter eoz peat  
secus si ambo simul pereant. **C**asus in l.  
si in emptione. ff. de contrahen. emp.  
**D**icitur que degustationem non exigit  
quia debet attendi an degustatione ven  
datur vt species vel an ad mensuram si ē  
vendita ad mensuram hoc casu exigunt  
duo vt periculū sit emptoris. primo de  
gustatio secundo mensuratio. vt in. l. ij.  
**C.** eo. n. et l. si vina. ff. eo. n. **D**icit  
ex cepto casu publicatōis. nam tale ē ve  
nditoris. **C**asus in l. si fundum. ff. locati  
**D**icitur nisi pactum. quia pacta frāgūt  
dispositionē legis **P**actū etiā in casu  
formito derogat. vt. l. si in venditione.  
ff. eo. n. et l. j. **C.** comodati. **D**icit  
culpa. quia si culpa precedit casum. pericu  
lum est venditoris. argumen tū lege mor  
tis casus. **C.** de periculo et comodo rei  
vendite. **D**icitur mora quia mora ope  
ratur q. periculum manet apud ipm ve  
nditorē eo q. requisitus non tradidit.  
vt. l. cum inter. **C.** eo. n. si autem ambo  
sint morosi debz attendi que sit posterior  
mora: nam illa preponderat: ita q. peri  
culum spectat ad eum qui postea fuit in  
mora similiter dicitur de calliditate. s. s.  
cit optime lex illud sciendum. ff. eo. n. **Q**  
ueritur an venditor excusetur si ex p. s.  
se dixerit emptori de nullo vicio teneri  
dominus paulus de castro ponit pulcrā  
distinctionem: quia cum venditor exce  
pit aut excipit generaliter vel specialiter  
si primo: hoc contingit tripliciter. **U**no  
modo quia dicit se nil vel le prestare lo  
co vicij: et tunc dicitur q. non excusetur

# Renunciatio

nisi d' illis que ignoravit verum quo ad interesse sed tenetur reddeere precium. Sed pro scitis tenet casus vt in .l. q'ro ff. de ac. emp. ⁊ glo. bona in .l. fi. C. de edil. edi. aut venditor excipit generaliter istis verbis vendo tibi illam rem: ⁊ nulla actione volo tibi teneri. B' casu nō tenetur ad precium. vt dicit C. in .l. non dubitatur. C. de euic. Contrariū tamen verius est q' tenetur ad restitutionem precij. per .l. si per emptorem. ff. de acti. emp. ⁊ illā viam etiam tenet dominus Paulus de castro. Tercio contingit q' venditor excipit generaliter vicia istis v'bis: nolo tibi teneri de aliquo vicio. nec volo tibi teneri ad precium vel ad interesse. ⁊ sic de nullo tenetur: ⁊ valet pactum vt dicit C. in .l. certa. C. locati ⁊ est bona glo. in .l. fi. C. fam. ber. Ex illa distinctione elicit tres conclusiones: quarū prima est venditor paciscens nulla actione teneri nihilominus tenetur ad precij restitutionem re euicta. Secunda paciscens generaliter q' nō tenetur de morbis rei vendite: tenetur nihilominus de ignoratis ad precium ⁊ ad interesse vt .l. videamus. ff. de acti. emp. ⁊ vendi. ymmo in dubio presumitur quis scire viciū suarum rerum facit lex quisquis. C. de rescin. ven. Tercio potest venditor pacisci q' re euicta vel re debita nec ad precium nec ad interesse sit obligatus. Secundo contingit q' venditor specialiter excipit aliquod viciū vt q' dicit se nolle teneri d' vicio: quod nominat emptori. ⁊ hoc dupliciter. aut venditor loquitur obscure fallēdo emptorem. quia dixit ille equus non ascendit arbores in silua. ⁊ valet tantum. id ē nō vadit per pontes. ⁊ tenetur per glo. in .l. ea q' commendandi. ff. de prabend. emp. Secundo emptor informat ipsum verbis multis causis elidendi defectus vel vicia

# beneficiorum

vt dicendo vendo tibi equum ante ⁊ retro claudicantem cecum ⁊ ymbrosium calcitrosium ⁊ scabiosum ⁊c. nō nominato multos defectus ⁊ vicia: ⁊ tamen in veritate tempore tractus equus nō claudicat: nec cecus est. sed tamen aliquavicia nominata insunt equo: ⁊ dicit nolo tibi teneri de aliquo vicio tali si postea venerit viciū: quod nō nominauit ⁊ scuit tale viciū. nihilominus tenetur emptori ratione doli. Tercio venditor nō loquitur obscure: sed dicit nolo tibi teneri si claudicat equus ante vel retro aut venditor dixit dolorem non inesse: vel dissimulabat: quia fecit equum cale fieri q' nō voluit. aut cura eius vino vel vnguento aliquo fecit liniti q' nō voluit currere. tenetur propter dolum vel dissimulationem: aut venditor nō dissimulauit verbo vel facto ⁊ viciū certum excipit illo casu nō tenebitur emptori. sed scādum est conventioni illo casu loquitur §. si venditor. ff. d' edil. edi. vbi dicitur si venditor dixit in venditione se nolle teneri de aliquo certo vicio. nō tenetur nisi fuerit sciens ⁊ dissimulauit. Dominus Alphoricus huiusmodi dat distinctionem d' temporis cursu cum quis agere intendit redibitoria vel quanti minoris. aut agit quis propter viciū reuēdite tūc tempus est sex mensium vel anni. ⁊ illa tempora currunt a tempore venditionis ⁊ scientie subsecute. aut agit propter aliquod dictum vel promissum quod precessit contractum. ⁊ incepit tempus currere a tempore venditionis ⁊ nō dicti vel promissi. aut si illud d'cū vel promissum sequitur contractum. ⁊ tūc incepit currere a die dicti vel promissi vt in .l. sciendum. in .§. tempus autem redibitionis in. ver. sed tempus. ff. de edil. edi.

## Descriptio

**E**st quoddam beneficium ne quis vocet in ius diebus feriatis: modo quibusdam potest renunciari quibusdam vero non. Nam si feriat sint ratione messium vel videmiarum de voluntate litigantium potest is renunciari. si autem sunt feriat dies in honorem dei ut dies paschalis: natalis. circumcisionis. et dies dominici. et ceteri. non potest eis renunciari: quia ex pacto priuatorum hominum reuerentia domini remitti non potest.

Capitulum primum secunde partis.

**Q**uartum ad se. **Q**uandam partem huius tractatus. de arte officij notariatus que consistit circa testamenta et ultimas voluntates secundum ordinem premissum examinanda veniunt eius capitula. Capitulum primum de descriptio. testamenti est iuxta sententiam alicuius de his que post mortem suam fieri vult cum institutione heredis ut colligitur ex. l. i. ff. de testa. vel sic Testamentum est quedam solennis sententia voluntas cum institutione heredis. quod sine institutione heredis non valet testamentum. In quo testamento nemo potest sibi legem imponere a qua recedere non licet cum mutabilis sit voluntas usque ad extremam vitam. Testamentum autem nisi testatore mortuo vires non habet et dicitur testamentum quasi mentis testatio. vel vires recipientes post testatoris monumentum. Testamentorum aliud in scriptis aliter sine scriptis. Et tale dicitur testamentum nuncupatum sicut sunt testamenta que fiunt circa tabellionem et per testes. et institutio heredes et alia interueniunt sine scriptura. Sed nihilominus septem testes necessarii sunt similiter heredis nominatio. ut in l. eo. n. §. si. Testamentum autem quod fit in scriptis dicitur fieri cum solemnitate a iure consuetis. ut

## testamenti

sunt iste solennitates que testator testamentum propria manu scribat si est literatus. sed si literatus non est et scribere nescit. alius de eius mandato scribat et offerat et ostendat illud testator coram septem testibus literatis dicens istud suum testamentum esse quod sic offert non tamen refert an illi testes sciant quid seu que primeantur in testamento vel non. Et sint in eo scripta nomina heredu. Et predictus testator vel ille qui literatus est scribat in presentia septem testium in huiusmodi testamento etiam quisque de testibus se subscribat. et uno eodem die sigillum apponat. Sed si testes litterati fuerint tunc unusquisque ipsorum propria manu se uno ac eodem die et ipse subscribat alias sine illis solemnitatibus de iure civili testamentum non valet. Fit etiam aliquando testamentum sine scriptis videlicet quando non potest haberi tabellio tunc testator aduocet septem testes in ciuitate et quinq; in villa et si in villa plures inuenire non potest et exponat coram eis voluntatem suam vel dispositionem suam et heredis nominationem et rogat illos esse testes. Mortuo autem testatore tunc aliquis habens ius in testamento accedat ad iudicem loci nominando sibi hoc. tunc iudex vocatis heredibus legatariis siue fideicommissariis et siue veniat siue non. mittat alicui tabellioni testes ipsos ad noticiam testamenti et ad perpetuam rei memoriam recipere et ipsi testes iurati deponant unusquisque sigillatim. et interrogetur quisque eorum de nomine et etate testatoris et de verbis eius quibus usus fuerat in suo testamento et specialiter ad heredis institutionem de anno die loco et testibus. His examinatis legantur dicta testium coram iudice presentibus alijs testibus. et tabellio de mandato iudicis publice dicta testium et tunc se subscribat. Solus ergo ordinator suam facere secretam si literatus est per se scribit

## Dispositio

bat testamētum. **S**inautem per alium scribat vel scribi faciat in membrana bona et solida. in cuius parte superiori reliquitur spatium trium vel quatuor digitorum. in tertio vero latere et sinistro tantumdem. in spacio vero inferiori supsit spatium vacuum quantum palma digiti extensi et in medio illorum spaciolorum scribatur tenor et series testamēti. **Q**uo facto publicabitur carta ita quod spatium superius coniungatur cum inferiori et signentur ibi tres cordule. **I**mplicata rō dexteri spacij dūer sinistra due sic quod quentis cordula duo habeat foramina inferiorē litteram siue scripturam nō ledētia quibus cordulis singula spacia singulis coniuncta ligentur ita quod interior līa videri vel legi nō possit. **P**orro de illo magno spacio inferiori vacuo tūm relinquatur quod ibi possint patenter et aperte testium et testatoris subscriptiones scribi: quibus vel eodem die vel pluribus diebus ante. sic scriptis vel factis et ordinatis post ea quando placet testatori vocabit. viij. testes viros et nōq; et litteratos et scribere sciētes et nullum iuris ipe dīmentū habentes. et coram eis testator ipsam scripturam clausam et inuolutam dicitis cordulis ligatam ut dictum est in manibus tenens offerre et debet dicens illud esse suum testamētū suū vel alterius manu scriptum. et eos rogare in testes et rogando mandare ut ipm testamētum subscribant et signent. **I**pse vero testator etiam se debet sua manu subscribere. **E**rgo ibidē in presenti vno cōtextu ante quod ipse testator vel aliquis ex testibus inde discedat debet vnus quisq; eorum testium annulum vel sigillum characteratum ad vnam ex cordulis apponere siue suum siue alterius testis si propriū nō hz et post hoc p̄tinuo in spacio inferiori discrete fiant subscriptiones

## testamenti

primum testator si propria manu scripsit test. se hoc modo subscribat. **E**go Jo. paginam p̄stem clausam et ligatam in manibus meis tenēs infra scriptis testibus omnibus simul presentibus p̄ me ad hoc adhibitis et rogatis obtuli ab eis p̄m in eis ordinem signandam et subscribendam. asserens quod in ea scriptum ē meum fore testamētū et illud totū et veredum institutionem ac omnia et singula que in ea continentur a me scripta ē necnon corā eis p̄stem subscriptionem propria manu subijciens. **S**i vero de mādato testatoris quis illud testamētum scripsit. ille talit̄ se subscribat. **E**go. **S**i mandato talis līarum ignari. vel scribere propter corporalem egritudinem nō valentis hoc eius testamētum tam veredis institutionem quā cetera in eo contenta suo mandato manu mea propria scripsi et postea p̄stem paginam et līam in scriptis testibus per eum vocatis et rogatis omnibus simul p̄nibus offerente eo et asserente id quod in eo continentur suum esse testamētum. et a me scriptum p̄stem subscriptionem meam vice et nomine suo et eius mandato apposul et in testimonium me subscripsi. **P**eter ibidem et in p̄nā quilibet ex testibus talit̄ se subscribat. **E**go. **A.** rogatus. et p̄ns vna cum omnibus infra scriptis et supra scriptis testibus ad omnia et singula in hoc presentis pagine superiori spacio facta contenta et scripta simul p̄sentibus et rogatis in ipsa pagina eius **A** testamēto et suo mādato manu mea in testimonium me subscripsi. **E**t eam sigillo proprio si habet. vel sigillo eius habente in circulo formā leonis vel lilij et quod ad vnam ex cordulis supradictis cere impressi. **S**ic igitur septem sigillis appensis. et factis. octo subscriptionibus antedictis et oibus ceteris rite.

# Impedimenta

# testamēti

peractis testator testamētum secreta sua deat custodire. Consequenter aut cuius interest postulat illud aperiri et publicari. ut de publicatione testamentorum et ipsorum formis latissime habetur in spe. in ti. d. instru. edict. §. ostensio. d. et qm̄ et etiam infra patebit de testamentorum formis.

## Capitulum. ij.

**S**ciendum in generaliter d. hīs qui testari nō possunt. et qui prohibentur a lege facere testamentum. Et sunt impuberes scz masculus minor. xiiij. femina minor. xij. q. non hnt animi iudicium ut l. qua etate ff. de testa. Item filiusfiliā. non potest testari. Etiam si pater consentiat nisi d. peculio castrensi vel quasi ut l. vlti. C. de inoffi. testa. Item furiosus seu mēte captus q̄diu talis est. ut l. furiosus. C. q. testa. fa. pos. Item mutus et surdus naturaliter. i. a natiuitate ut l. discretus. C. e. ti. sed si accidentaliter est mutus et surdus et facit litteras potest suum scribere testamentum et codicillos. sed si tām surdus bene potest facere testamentum. Item seruus vel damnatus ad mortem scilicet qui cōdemnatus efficitur seruus pene. Item qui dubitat de statu suo utrum sit liber vel seruus vel filiusfiliā. Item qui damnatus est pro crimine famosissimo sicut est crimen contra naturam. seditionis in populo de populationis vel consimile. Item monachus vel canonicus regularis ut l. xij. q. vlti. per totum de quibus aliqd infra dicitur. Item qui commisit crimen lese maiestatis. Item hereticus sive hystoriones cū infames sint iij. q. i. ca. Item cecus testari nō potest nisi specialiter q̄dā solēpitate adhibita ut l. hac p̄sul

issima. C. q. testa. fa. pos. Dicitur et sic vocari vij. testes et tabellarij et cetera exprime re corā eis nota iudicia et dignitates be redū: q̄s istuar ne sola noim p̄mōra tio q̄c̄q̄ abiguitatis careat et d̄z legata designare. et hec oia scribēda sunt a tabellione et corā testibz recitari. et cecus debet p̄fiteri id esse suum testamentum et illud dispositum esse ex sui animi sententia. et in fine debet vnusquisqz testum et etiam tabellarij se subscribere. et testum et tabellarij signacula debēt apponi. Si aut non potest haberi tabellarij octauus testis debz adhiberi et illud testamentum dicitur nuncupatiū et magnāsi limidinē habet cum testamento in scriptis facto. Item credētes receptores et fautores hereticorum. si post excoīcatōez nō satisfecerint infra annū non p̄nt facere testamentū nec a liquid ex testamento recipere. de hereticis excoīcatōe. §. credentes. et c. xxx. gentis. C. eo. ti. manicheus. Item dānatus ad mortem siue sit damnatus et moriatur siue ut fiat seruus pene siue d̄ portatus in insulam. ut l. eius qui. §. si cui. et ibi bona glo. ff. de testa. Et cum dānatus capitali crimine appellauerit et testamentū fecerit appellatione pendēte et ita decesserit valebit. ut in l. qui latronibus. §. si quis. ff. e. ti. Et precedētēs modi rere omnes habentur in sti. de hīs q̄b̄ nō est p̄missum facere testamentum. Item usurarius manifestus nisi prius de usuris satisfecerit vel cautionē ydoneam prestiterit. ut in c. quem q̄b̄ v̄ vsu. libro sexto. Item in quibus casibz ecclesiastica persona de bonis ab ecclesiastica possessio possit testari habetur notabilis glo. in capitulo presenti super verbo reseruari. de offi. ordi. libro sexto. Item an clerici possunt cōcedere testamentum. habetur duodecima questio de tertia. ca. primo. Et de testa. c. quia

nos: & ca. relatum. Et licet clericus de bonis ecclesie testari non possunt tamē q̄d in viuunt & sui competes existūt possunt dare aliquid moderate de ipso bonis non ratione testamenti. sed elemosine. possēt autē dare pauperibus & religioſis locis. ec̄ illis q̄ sibi seruiuerunt siue p̄ sanguine sint siue p̄gnati. v̄l agnati siue extranei iuxta seruitij meritū. vt in dicto c. relatum. & c. ad hoc. Item si clericus h̄bit beneficia in diuersis ecclesijs. tūc debēt diuidi bona eccleſie p̄m p̄gruā estimatōez inter ipsas ecclesias. vt ibidē. Itē sp̄ato qui habet v̄nū testiculum & generare potest. vt. l. si seruū. ff. de iure. do. p̄t. herede instituire.

Capitulum. iij.

## De testamētum

In scriptis factū regulariter requiritur quatuor. Primo q̄ septē testes interfint. Secūdo q̄ se subscribant. Tercio q̄ sigillent. Quarto q̄ nomen heredis scribatur p̄pria manu testatoris vel v̄nū testis. & testes v̄nt esse p̄ntes. & v̄nt rogari. & ille q̄ scribit testamētū in numero septē testiuū p̄putat. Etiam p̄nt p̄putari in eodē numero legatarij si p̄ntes sint. & hoc v̄t est nisi q̄stio inter heredes & legatarios oriatur tunc ē q̄ alij testes adhibeantur si haberi p̄nt In testamēto autē non scriptis facto q̄ alio nōie nuncupatiuū. vel codicillus appellatur. vbi testator expresse hoc dicit sufficiunt quinque testes p̄. l. si quis agere. C. de codicillis vbi glo. quinque. dicit q̄ femina admittitur. vt testis in codicillō non autē in testamētis. vt. l. i. ff. de testa. Nota ē etiā ex eadē lege casus in q̄ testamētū solenne in quo fuit extraneus institutus rūpitur p̄ codicillū in quo fuit heres institutus. Itē in testamēto cōdito in villa sūt quinque testes sufficiunt.

Item in testamento militis qui p̄ salute romani imperij iurauit se non euitaturū mortem. aliqui sufficiūt. ij. testes aliqui v̄nū. Similiter milites in expeditōe detegentes possunt facere testamētū qualiter voluerint nulla iuris solēnitare seruata per. l. milites. C. de testa. mili. Itē in testamento cōdito in p̄ntia impatoris adhibitiō duoz̄ testium sufficit per. l. oim. C. de testamētis & quemadmodum testamēta ordinantur. vel p̄m aliq̄s etiā nullus testis requirit de necessitate.

Expeditissime t̄m aduertendū q̄ p̄m ius canonicū duo testes cū p̄sbytero sufficiunt in testamētis & in alijs causis quantum ad p̄ias causas. vt extra de testibus cum eses. & duo tantū sine p̄sbytero in relictis ad p̄ias causas & c. relatum. Et intelligo in precedenti casu necessariam p̄sentiam sacerdotis q̄ non detrahatur solēnitare legali nisi quantum inuenitur expresse. vt in. c. ad audientiam. de de. de electione ecclesie nostra ij. in fine. & l. sanximus. C. de testis. le. cum omnia. C. de inoffi. doti. si igitē ip̄e solus interesset cum alio non sufficeret. sic etiā si eēt tres sine ip̄o nō valeret multum em̄ pro ip̄o p̄sumit ius q̄ si audez excludat. xiiij. q. i. de n̄q̄ d̄ simo. nemo de postulando c. fi. & magis eius dicto creditur q̄ alteri. l. xvij. di. monach. prope finem. Ideo q̄ stat. vt duo cum eo sufficiunt. si v̄tro essent quatuor sine eo. duo sibi p̄ferentur quantum cunq̄ pro eo p̄sumatur ar. ca. cū a nobis. & c. licet. ex quadam d̄ testibus. ita speculatoz̄ istas decretales intelligit.

Capitulum. iij.

**N**otandum q̄ dicitur codicillus & testamētum quia in testamento fit aliquando indirecta institutio. In codicillis autem

## Differētia testa.

nisi per fideicommissum. In test. ut illi q̄  
sint heredes ab intestato hereditatem al  
teri testamant certo tempore vel condi  
tione prout testator ordinaverit. In co  
dicillis vero non potest fieri substitutio  
a testatore. nec aliqua conditio apponi  
que noceat instituto heredi. Item in te  
stamento regulariter. ut dictum est req̄  
runtur septem testes rogati. sed in codi  
cillo sufficiunt quinque etiam non rogati  
Item posterius testamentum tollit pri  
mum ipso iure. et non potest quis voce  
re de duobus testamentis relicto q̄ utru  
q̄ valeat. Fallit hoc in testamento iter  
liberos condito: quod per secundam dis  
positionem non tollitur. nisi testator viso  
primo testamento declaret nolle illud  
valere. **C. de testa. in autem. hęc inter li  
beros.** Item fallit cum quis in primo  
testamento introduxerit sibi licentiam  
iterum testandi tunc enim primum testa  
mentum non tollitur per secundum nisi  
fiat mentio de primo. **ff. de le. iij. in. le.  
si quis in pri.** Semper enim testator mu  
tate potest suam voluntatē. etiam si pac  
tum interuenerit ne possit mutare per. l.  
pactum quod totali. **C. de pac. et etiam  
si fuerit per principem confirmatum. C.  
eo si. quia nemo sibi eligere iudicem po  
test. ut a priori testamento sibi recedere  
non liceat. ff. de le. iij. si quis in prin. fa  
cit. c. cum mathe. de cele. miss. Poste  
rior tamen codicillus non rumpit pri  
mum nisi expresse contradicat ei per. l.  
cum preponas. **C. eo. ii.** Item differunt  
codicilli a testamento. quia in codicill  
hereditas neq̄ dari neq̄ adimi directe  
potest ne confundatur ius testamentoz  
et ius codicillozum nec in eis potest ex  
hereditatio scribi nec conditio heredi isti  
tuto potest adijci: nec substitui aliquis  
sed per fideicommissum in eis recte relinq̄  
tur. ut insti. de codicillis. §. codicillis.**

## a codicillo

et §. directo. et l. fidei. **C. eo. ii.** Et est  
hec forma codicilli In nomine domini  
amen. Ego Jo. talis dyoces. presenti  
die propria et spontanea meavoluntate  
licet egrotans corpore sanus tamen me  
te codicillum facio: in quo testamentoz  
meum principale per manus talis nota  
rij publici confirmo volo atq̄ precipio  
q̄ vxor mea. M. habeat de bonis meis  
vineam istam in tali campo sitam tot a  
groz. **Et. N. filio meo libros tales: q̄s  
ego reliqui Bononie etc. Quem quide  
codicillum perpetuum et firmum habere  
volo contra quem si quis filioz meo  
rum venire presumpserit alij obseruati  
perpetue singulis annis eo viuente ista  
vel tantum nomine pene persoluat. Et  
nulli possunt facere codicillos nisi qui  
bus facere permissum est testamentum  
De forma autem testamentozum infra  
patebit. Illud tamen aduertendū est si  
codicillus sit ante testamentum. et tunc  
in testamento faciendā est mentio pre  
cedentis codicilli. si sit post testamentū  
et post alios seu alium codicilluz. quia plu  
res codicilli possunt fieri ab vna persona  
et tunc mentio est faciendā non solū de  
testamento. sed etiam de pluribus codi  
cillis precedentibus. Aliquando tamē  
fit codicillus. non tamen precedentē vel  
sequēte testamento. et ille seruari debz  
Conficiuntur tamen expresse codicilli  
facto testamento non iure per fideicom  
missum. ut ecce testator coram septē te  
stibus instituit heredes. relquit legata.  
et ita subiecit. si non valet testamentum  
iure testamenti. valz tamen iure codicil  
lozū. Et probantur hec. **ff. eo. l. confi  
ciuntur** Notandum. hec clausula si non  
valet testamentum iure testamenti val  
leat tamen iure codicillozum. vel cuius  
libz alterius vltime voluntatis sicut Ja  
cobum bertrandī operatur tamē. ut cū**

testamentū deficiat ppter defectū solēnitatis. puta cum deficiat numerus testium. vel alia solēnitatis q̄ tunc valeat iure codicillis. non autem operat̄ si alio deficiat. puta si rumpatur per querelam. v̄l post hūm agnationez. vel per capitis dimi-  
 nutionem. Et sic cuz dicit̄ ibi valet: loquitur de p̄sentis defectu qui est. vt quis ibi non est plenus numerus testium. v̄l q̄ non rogati. r̄c. r̄ tunc non cōprehendit futuros defectus. vt ergo cauti⁹ fiat vt omnes cōprehendat defectus dicitur sic. Si non valet. vel non valebit iure testamenti. r̄c. Et est ar. in. l. si stipulans fuerim. ff. i. d. ver. obli. r̄. l. d. b. oportebit. ff. de ver. sig. Vel fm̄ odofredum dicat. aut statim cum fit testamētū deficiat ppter solēnitatis defectum. r̄ tūc verba illa si non valet referunt̄ ad illuz casum r̄ non ad alios predictos. aut si deficiat statim sed postea ex aduētū. puta capitis diminutione. vel alio modo r̄ tunc etiam ad casum illum p̄tinent hec verba. Quia in dubijs interpretanduz est magis vt res valeat q̄ pereat. ff. de ver. obli. quotiens. r̄. c. inter. de si. inst. r̄. c. cum dilectis. de dona. Illud tamen notandum vt dicit̄ Azo in sūma d̄ codicillis Si ergo primo hereditatē directo ex quadaz voluntate vltia: quā dicebam testamentum esse. r̄ postea ex fideicomisso eandem hereditatem peto mibi restitui ppter idem testamentū reducēdo illud ad codicillos. vel illud reputādo pro codicillis. q̄ forte illud expressit testator. non possum effectualit̄. in principio eniz l̄tis habeo necesse eligere. an agam iure directo ex testamēto an agam iure fideicomissi. r̄ vno electo repellor ab altero. sum enim contrarius mibi ipsi si ex eadem scriptura cōtrarijs modis peto. Si tamē sum de patribz defuncti ex linea paterna vsq̄ ad quartū

gradum. vel de materna vsq̄ ad terciū gradū non repellor iure electōis. v̄tēs ex eo testamento q̄ testator vicem codicilloz voluit obtinere. in principio t̄t̄ l̄tis t̄t̄ius est q̄ qui liber d̄ parentibus id quod necesse est eligat. In collaterali b̄z autem defuncti non reperit̄ tale p̄stitum beneficiū. vt. C. e. l. vlt. Et illi correlatiū tenent doctores. h̄ placentiū scripserit contrarium.

**Capitulum. v.**

**Notandum licz**

plures sint gradus substitutōnū immo infiniti. cum semp̄ de vno in aliū p̄cedant. in primus gradus succedēdi ex testamento dicit̄ institutio. r̄ secūd⁹ gradus substitutō. recte sicut secūde nup̄e dicunt̄ oēs que sequunt̄ primas. ita r̄ institutōes que fiunt post primas dicunt̄ substitutōes. Videndum est igit̄ quid sit heredem institvere. r̄ vno dicat̄. quibz verbis fiat. r̄ in qua voluntate. r̄ qualiter. r̄ in quot p̄tes diuidat̄ hereditas. r̄ qualit̄ distubuat̄ int̄ heredes. r̄ quis possit institui heres. Heredem institvere nihil aliud est: q̄ sibi heredem aliquē statvere. i. facere. r̄ ē inde dictū quasi int̄. i. in loco suo quē statvere. hoc em̄ agit qui instituit. vt instituit̄ suo loco post mortē suā sit d̄ns bonoz suoz. r̄ nedum ille qui scribit̄ sed etiaz ille qui nūcupat̄ dicit̄ institutus. ff. e. l. i. s. institutum. Institutio fit quinqz modis. vt ecce lucius n̄cius mibi heredes esto. Itē tribz verbis. vt si dicat lucius heres esto. Itē duobz verbis fit. vt si dicat lucius heres. nec adiecerit esto. idē est si dicat lucius esto. Institutio fit verbis directis. vt esto mibi heres. Reflexis vt illuz heredem facio instituo r̄ volo mado l̄ cupio. r̄ sic de alijs. vt. l. qm̄. C. d̄ tes. Et quēadmodū testamēta

ordinem reflexa. unde qz reflexa vel inflexa dicunt noia in omnibz casibz suis preterqz in noiativis. **S**at ex h liquet voluntatis intentone quolibet loquedi genere formari posse. nec nocet non servasse momenta vobz. qz forte semivoces titubans l' balbuciens lingua pfudit. **I**deo si dicat habeas bona mea. vl' tibi relinquo bona mea non variat. qz in ista mto quibuscuqz verbis fieri potest. nec hodie curat verbz solenitas. vt i dicta l. qm super allegata. **I**te institutio fit in testamento tm ante legata. l' post legata. vel ante exheredationem vel post. **P**ed olim fiebat ante legata tm. qz institutio caput est z fundamntu totius testamti. vt. ff. e. l. i. rñ. i. **I**n codicillis aut hereditas per fideicommissum iure relinquif lex em in defectu pditionis posite in codicillis intelligit testatore de adimeda hereditate cogitasse. vt. ff. de pdi. insti. l. quidem. §. vlti. sed forte inuanu cogitavit. vt ibi dicit: illa porro hereditas non videt dari in codicillis. ceterz idez est si ita dicat. **T**icium instimo si euz in codicillis instimero. est em pditonalis institutio. z valet quouis herede insti tuto preter filium. **I**tem z illa valet si ita dicat: illuz instimo cuius nomen in codicill' declaravero. vt. ff. de pdi. insti. l. institutio talis. **I**te in institutione certum heredem demonstrari oportet. quotiens em non apparet quis sit institutus heres non valet. vt ecce testator cu plu res amicos eiusdem nois habeat ad designationem vnus singulari noie vnt. nec valet institutio nisi ex alijs apertissimis pbatombz fuerit releuata. pro qua plona testator senserit. vt. ff. e. n. l. quotiens. §. heres. **E**t satis est heredem demonstrari nedu noie pprio sed etiam signo indubitabili: qd pene a noie nihil distat. non tm cum eo qd contumelie ca

solet addi. nam legata turpia que teno minandi magis legatarij gēa scribunt. **E**odio scribentis p non scriptis habentur. **S**ecus si pē fiat in eodez genere. vt. ff. e. n. l. quotiens. §. quis nomen. z. ff. de le. i. l. turpia. **I**te declaratio vel demōstratio heredis a testatore est faciēda nō aliēo arbitrio. vt. ff. e. n. l. illa institutio. **E**t dicit illa institutio alio noie captatoria. **I**tem sufficit demonstrari heredem ab initio. vel postea p pditōis euentū. vt. ff. de le. i. l. quotiens. §. si quis ita. **I**te demōstratio ad oculum facta p nomine pprio accipitur. vt si dicat hic mihi heres esto. cum sit corā eo qui ostenditur: vt. ff. e. n. l. nemo dubitat. **S**i autē est erratum in corpe nulla est institutio. vt si volēs aliquē scribere aliū scripsit veluti frater me? p patronus me?. **N**am neqz scriptus erit heres qm volūtas deficit. l. si pater. **C.** d' here. insti. neqz is quem voluit. qm scriptus vel nūcupat? nō ē. si tm testator sciat illum nō esse fratrem suum quem nominavit ipse fratre. recte cum noie fratris instituit eū heredē. vt. ff. e. n. l. quotiens. i. rñ. z. l. nec apud. **C.** e. n. **I**tem pprij nois error nō viciat institutionē. **I**tem si plures institunt in rebz certis. hz viriliter sint heredes tamen res in quibz instituti sunt debent vnicuiqz assignari i iudicio familie heris ciscūde. z de eis potest detrabi falcidia sicut de quolibet legato. **E**t locuz habet cum vnus vel plures institunt i certis rebz. z alij simpliciter vel quotis portionibus. nam tunc instituti in re certa habentur loco legatoroz. vt. **C.** e. n. l. quotiens. **I**tem institutio potest fieri pure z etiam sub conditione. **E**t tantuz de institutionibz. **I**n institutione faciēda exprimi possunt quātitates portionum hereditariū. prout testatori placuerit. nam tot vncie assem faciunt

quot testator voluerit. **S**z nisi alias ap-  
pareat testatoris voluntas sit solennis  
distributio hereditatis in duodecim vncias.  
xij. autem vncie assis appellacione  
p̄tinent. **H**abent autem he partes ppria  
nomina ab unitate supius vsq; ad assen-  
tiam vsq; sic exclusiuū. nam quelibet harū  
portionum maior est vncia. ⁊ quelibet  
earū minor assis. qz nulla earū cōtinet. xij.  
vncias. **S**unt autem hec nomina p̄tū  
vncia sescuns sextans quadrans triēs.  
quincuns semis sepcuns. **H**es doctās  
dextrās. deus as. vt insti. e. n. §. here-  
ditas. ⁊ etiam habet. ff. eo. n. l. fuz.  
§. vl. **S**escuns continet vnciam ⁊ dimi-  
diam. **D**icitur enim sescuns quasi semi-  
vncia. ⁊ est tertia eius littera s ⁊ non x.  
**S**extans quasi sextam partē significat  
id est duas vncias. **Q**uadrans quartā  
partē significat. id est tres vncias. **T**riēs  
id est tertiā partem. ⁊ sic quatuor vncias  
significat. **E**t ista quatuor nomina  
sumunt interpretationez ex eo qd quotā  
portionis hereditatis significant. sequē-  
tia hō nomina habent etymologiam:  
qd ex eo qd certam numerū vnciarū signi-  
ficāt. **D**icit enim quincuns. nō qz quintā  
partem hereditatis significat. sed qz quinq;  
denotat vncias. **S**emis p̄tinet dimidiā  
hereditatis. i. sex vncias. **S**epcuns se-  
ptem vncias. **H**es octo. **Q**uadrans no-  
uem. **D**extrās decem. **D**eus vndeci.  
**H**is duodecim. **A**tende qd non omnes  
vncie que significant per ista nomina cō-  
tinent in assis. qz sic as p̄tinet. lxxvi. vncias  
⁊ dimidiā. **I**ō at ei⁹ ponūt pres  
qz quelibet earū potest in assis tēneri. hac  
ratione hō risibilis actiōe legis aquilie  
⁊ penalis dicit. **N**ec p̄mittendū est  
qd as quicq; ponit p̄ nūmo. **U**nde dicit  
nōne duo passeres a sse veniūt. s; pond⁹  
dicit large omne qd in statera positum  
pendet. sed hic stricte accipit p̄ pondere

xij. vnciarū. **I**nde etiā dicit tripondiū  
p̄ pondere. xxiiij. vnciarū. **I**n tripondiū  
p̄ pondere. xxxvi. vnciarū. si in tot vnci-  
as hereditatem suam testator distribui  
vellet. **N**am etiam in pauciores potest  
eam velle distribui. vt si duos ex assis in-  
stituit heredes. **T**ercium autem instituit  
ex dimidia ⁊ sexta parte assis in. xx. vncias  
as diuideret. ⁊ octo vncias ferret  
ille qui scriptus est in dimidia ⁊ sexta.  
scripti autem ex assis ferrent. xij. vncias.  
vt. ff. e. n. l. interdum. §. sed si duos. hō  
die tñ hōmōi subnilitatis diuisio nō mul-  
tū vtitata est. sed seruata diuisiōe assis  
in. xij. nihilominus si opus fuerit quelibet  
partium hereditatis vltterius diuidi  
poterit. ⁊ illud cōiter seruat. de hac tñ  
diuisione latius **A**zō determinat in sū.  
**C. e. n.** **Q**uelibz autem persona potest  
heres institui. ⁊ habet factiōne testamēti  
in passiuā significatione que non vtaē  
a iure capere. poterit igitur institui liber  
homo ⁊ seruus si sit seruus eius qui po-  
test institui. **I**tem patet familias filius/  
familias mutus surdus furiosus p̄dig⁹  
miles honoratus laicus clericus mona-  
chus ciuitas impator imperatrix filius  
ecclesia loc⁹ quilibet venerabilis. vt in-  
sti. de hered. quali. ⁊ differentia. §. testa-  
menti autem factionem. ⁊. l. cū heredes  
**C. qui testamen. fa. pos.** **E**tiam incerte  
perone instituitur diuini iuris intuitu  
vt. **C. de episco. ⁊ cleri. l. id quod. ⁊. l.**  
**nulli. ⁊. l. si quis ad tēdinandam. als**  
enim certus heres d; demonstrari. **I**te  
seruum pprium ne dum sed alienū etiā  
illum qui nullius est institui potest.  
insti. e. n. §. seruus alienus. ff. e. l. seru⁹  
hereditarius. **I**tem si seruum pprium  
institui heredem semper video eum in-  
stituisse cū libertate. vt insti. e. in prin.  
**S**ciendum tamen qd quandoq; etiā cum  
libertate non potest institui heres

## Gradus secundus.

seruus a domina sua. scz cum ipse est de adulterio accusatus comisso cum domina sua que rea fuit eiusdem criminis postulata. vt. ff. eo. l. his verbis. §. interdum. Et insti. e. §. est autem. Item non possunt instimi deportari. Item damnati in metallum. Item et baniti qui impune possunt puniri qui equiparantur deportatis. Similiter hostes imperij et romane ecclesie Item heretici infideles apostate collegia illicita non habentia speciale privilegium. Item incerte persone que non pre tenditur fauor pietatis. Item non possunt instimi nati ex damnato coitu. de quibus per doctores. in. l. qui contra legum. et l. si queris. C. de incest. et in uulibus nuptijs. Similiter per autem. licet. C. de naturalibus liberis et matribus eorum. In qua dicitur quod nati ex damnato coitu omni beneficio excluduntur. id est nulla via nec institutionis nec substitutionis succedunt. Diceret quid si auius vel pater donat nepoti spurio ex legitimo filio nato vel e contra. vel si donat nepoti legitimo ex filio spurio. In utroque casu dicitur rofredus donatio non valere. nisi probetur talez nepotem aliqua seruitia fecisse a quo propter que presumi posset donatio fuisse factam. vt dicitur in quadam questione que incipit neracius. Jacobo de beluiso idem tenet in questione: quam disputauit. e. ti. l. i. Idez tenet speculatoz e. ti. de successione ab intestato. §. i. et quid ergo. et. et. q. si. quid de legitimatis. Speculatoz tamen in titulo de institutione. §. compendiosa. et. quid si pater naturalis et allegat plures leges: que tamen non faciunt directe pro illo pro quo adducit. videlicet quod valeat institutio. Cum pater habens filium bastardum instituat in vna vncia. et naturalem et legitimam in omnibus alijs bonis. Sed bene facit textus per eo in autentica de testamento imperfecto. col. viij. primum dictum comunius est apud doctores et rigore iuris. vltimum autem dictum speculatozis continet equitatem.

## Substitutio

### Capitulum. vi.

**P**ostquam visum est de primo gradu succedendi videlicet institutione. congruo videndum est de secundo gradu successionis que substitutio appellatur. Est enim substitutio secunda institutio omnis scz institutio que fit post primam. et in locum prime deficientis. plene igitur videndum est que sit earum diuisio. secundo quis faciat eas. tertio quis admittat in eis. et quando expirent. Substitutionum alia directa. alia obliqua. Dicitur enim directa que ab vna persona ad aliam sine aliqua alia media hereditas reuoluit. Et alio modo dicitur constitutio conueniens vobis et personis. Et in tali substitutione non habet locum quartarum deductio. vt in. c. i. de test. li. vi. Obliqua vero substitutio siue fideicommissaria est: quando quis per mediam personam accipit hereditatem defuncti. vt cum dixerit institutio tunc heredem omnium bonorum meorum. et volo quod post decem annos illam hereditatem restituat sempiterno. hic enim sempiternus illam hereditatem habere non potest. nisi per mediam personam scz tunc et in tali locum habet quartarum deductio de huiusmodi substitutione et quartarum deductione loquitur capitula Raynaldus et Raynucius. de testamentis. et dictum capi. si pater. Et sunt tres species illarum quartarum. Nam alia est definita iure nature. et dicitur bonorum subsidium. et debet filiis tunc qui sine causa exheredari non possunt. l. si rotas. C. de inoff. test. et. l. parentibus. C. de inoff. testam. e.

Et huic quarte nulluz grauiamen potest imponi. C. e. ti. l. omni modo. ⁊ duab⁹ sequentib⁹. ⁊ hodie aucta est ad trientēz vel semissē fm numeruz filioz. vt si sint quatuoz filij. ⁊ infra debēt habere terciā ptem. Si autē sunt plures debēt habere medietatē hereditatis defuncti intestati vt. C. e. tim. autentica nouissima. Alia quarta dicit̄ trebellianica. vt cū institutus heres si moriat̄ sine prole rogar⁹ est restituere hereditatem alteri. Ille sic institutus retinet quartā ptem de tota hereditate p trebellianā. ⁊ computant̄ in ea legata ⁊ donatiōes. vt. ff. ad. l. falci. in quartā. Tercia quarta est que debet iure institutionis. vt cum aliquis est institutus heres. ⁊ illa hereditas ē exhausta per legata vel fideicommissa. tunc institutus potest detrabere d̄ singulis legat⁹ vel fideicommissis quartā partem. ⁊ hec nominat̄ falcidia. C. ad. l. falci. p totū. Et legitime partes heredū hīs versib⁹ p̄tinent. Quatuoz aut infra vānt natiō iura trientē. Semissem natiō dāt quinq⁹ vel vltra. Arbitriuz sequit̄ substantia cetera patris. Quartā tibi capies si sis extraneus heres. Tunc trebellianis cum reddere cūcta rogar⁹. Et defalcariō dū per legata grauaris. Directaz substitutiōnū alia vulgaris. alia pupillaris. alia exemplaris. alia breuiloqua. alia compendiosa. Vulgaris ē duplex scz exp̄ssa ⁊ tacita. Exp̄ssa est que fit v̄bis negatiuis. vt si ille mihi heres non erit alius sit heres. insti. de vulga. substi. in prin. Tacita v̄o fit v̄bis affirmatiuis. vt sic vos inuicem substituo. vel ita quisquis mihi heres erit sit heres filio. ⁊ ita tici⁹ esto heres plotij cū instituissem plotiū. C. de here. insti. l. vl. ⁊. ff. e. n. l. cuz in testamēto. s. hec verba. modo sic tacita substitutiō pupillis inesse videt̄ subst. exp̄l. vulga. vt. ff. de here. insti. l. ticius

⁊. l. se. Et contra sub exp̄ssa pupillari p̄tinet̄ tacita vulgaris. vt. ff. e. n. l. naz hoc iure. Expirat aut̄ hec substitutiō vulgaris ab hereditate adita. vt. l. p̄ aditā C. de impuberis. ⁊ alijs substit. Et ad vit lex nisi facta fuit filijs impuberibus Effectus eius est qd si heres noluerit vl non potuerit ex quacūqz cā. ⁊ vnde cūqz veniat illa impotētia loc⁹ ē substitutiōi. Pupillariuz substitutiōnū. alia exp̄ssa est. alia tacita. Exp̄ssa est vt si fili⁹ meus mihi heres erit. ⁊ si in pupillari etate decesserit ille sit ei heres. vt institut. d̄ pupil. subst. s. substituit. vel cum pater filio impuberi quendā substituit in vulgari casu intelligit̄ etiam substituisse in pupillari. Casus in. l. q̄uis. C. d̄ impube. ⁊ alijs substitutiō. Et q̄ncqz t̄m rō in equalitatis facit vt sub vulgari nō cōtineat̄ tacita pupillaris. ponamus effi exemplum. Quidam in testamēto vxorē instituit in dimidia parte. ⁊ filium suuz impubē in alia dimidia. ⁊ vltio quēdā substituit. impubes decessit i pupillari etate substitutus voluit admitti ad portionem ex substitutiōne. Et dicit̄ qd nō admittit̄ ratione inequalitatis s̄ mater eius admittet̄ ⁊ intelligit̄ t̄m testatorē voluisse institutiōnē habere locū in persona sue matris si pupillus si adiret que vulgaris est. Et est diligentissime consideranduz qm substitutiō vulgaris est facta duobus copulatiue. vt in predicto exemplo. tunc substitutiō non habet locum in persona vnius nisi etiam in persona alterius. nam mater hic impedit illā substitutiōnez. Sed si mater ante filiū fuisset mortua. ⁊ postea filius infra annos pubertatis decessisset. locum habuisset substitutiō. ⁊ dicit̄ hec substitutiō pupill. quia soli pupillo ⁊ impuberi fit. ⁊ non distinguitur an tam sit in potestate patris. vel an postpositum⁹ nat

## Gradus secundus.

scilicet. vel ut sit filius vel nepos ex filio.  
**P**upillum inposito accipe masculinum  
minorem. xij. femellam minorem. xij.  
annis. vt. ff. e. n. l. ij. in prin. si tamē p̄  
impuberi voluerit quēq̄ substituere pu  
pillatiter. non in toto tēpore pupillarij  
etatis. sed minus puta si filius moriat̄  
infra decimū annū vel octauū aut septē  
niū. r̄c. valebit substitutio. vt. ff. e. l. si  
ita quis substituerit. si aut voluerit sub  
stituere i longius pupillaris etatis finie  
tur pupillaris substitutio aduēcente pu  
bertate. ff. e. l. in pupillari. effectus sub  
stitutionis pupillaris est. vt quis dicit̄  
ero sit heres impuberi tanq̄ si ipse pu  
pillus sibi heredem fecisset substituti.  
vnde r̄ duo testamenta vident̄ vnum  
patris alter filij. Et pertinent ad substitū  
tos pupillaris b̄a que pupillis etiaz  
postea obuenerint. neq̄ enī suis bonis  
t̄m testator substituit sed etiā impuberi.  
**I**tem pater adoptiuus filio arrogato im  
puberi nisi ad quartam solam. r̄ ad ea q̄  
intra arrogatoris ab amico ei⁹ arro  
gatus p̄secutus est substiti. vt. ff. e. l. sed  
r̄ si plures. §. in arrogato. **I**tem expirat  
pupillaris substitutio maxima media.  
vel etiam minima capitis diminutione  
pupilli. vt puta si est arrogat⁹. ff. de ad  
op. l. nec ei. §. eozū d̄taxat. substitutio  
tamen succurrit̄ per valem actionē. **I**tem  
expirat si non est adita hereditas patris.  
**I**tem si omīssa causa principalis testa  
menti ab intestato possideat hereditas.  
r̄ tunc p̄sultit̄ substitutio sicut r̄ lega  
tarijs: in quoz fraudem institutus non  
ex testamento sed intestato hereditatez  
possidet. Et illud quod dictum est q̄ ex  
piret substitutio pupillaris ex non adit  
ione hereditatis paterne. v̄z tamē est  
si is qui repudiat minor erat. r̄ i integz  
restitutus est. vt liceat sibi adire: p̄ficiet  
pupillari substitutioni vt teneat. vt. ff.

## Substitutionum

e. l. ij. §. adeo autem. **I**tem expirat pu  
pillaris substitutio expugnato patris te  
stamento in toto per querelam inoffici  
osi testamenti. **I**tem rupto paterno tes  
tamento. vt. ff. e. n. l. si quis cum. **I**tem  
expirat pupillare testamentū per agna  
tionem posthumi. vt. ff. e. l. si pater fili  
um. sic ecōtra p̄firmatur pupillare testa  
mentum quemadmodum r̄ paternum  
si pater ab hostibus captus sit simul cū  
filio r̄ ibi ambo decedant: quōis pater  
prior decedat. **I**tem hoc ordine facien  
da est substitutio pupillaris. vt prius.  
primo quis scribit sibi heredem. deinde  
vel eadem hora vel quacūq̄ alia filio  
substituit. nec debet conuētere ordinē  
scripturę. **I**tem admittitur ex pupillari  
substitutione ille: quez nominatim sub  
stituit testator. vel si testator generalit̄  
substituit. ita scilicet quisquis mihi heres  
erit. admittentur illi qui scripti sunt her  
edes. **T**acita pupillaris fit hoc modo  
filius meus impubes heres esto. **E**t sic  
quisquis mihi heres erit sit r̄ heres fi  
lio meo. r̄ dicitur ideo tacita. q̄ quedā  
verba in ea non expressa subintelligū  
que alis in expressa pupillari ponent̄.  
**N**az hic intelligitur q̄ si filius deceffe  
rit in pupillari etate. ille tunc qui esset  
heres patri etiā sit heres filio. **S**equit̄  
correlarie q̄ pupillaris tacita intelli  
gitur sub vulgari expressa. Et fit hec sub  
stitutio solum a patre qui filios dicitur  
habere in sua potestate non a matre r̄ p̄  
hoc differt a substitutione exemplari vt  
statim dicitur. **E**xemplaris substitū  
tio fieri potest a parentibus vtriusq̄ se  
xus in personis liberorum cuiuscūq̄ se  
xus. vt furiosis vel mente captis. r̄ cum  
tali determinatione substitutio faciēda  
est. vt siquidez mente captus habeat de  
scendentes ex te. illi omnes vel quidaz  
ex eis. vel vnus substituat̄ ei. Et dicit̄

exemplaris. quia fit ad exemplū pupillaris. ut cum dicit pater si filius in pupillari etate decedat ille fit heres. similiter in proposito dicit si filius decedat antequam perueniat ad mentis sanitatem ille fit heres. et sic pupillaris expirat adueniente pubertate. ita et exemplaris adueniente sanitate. **D**ifferunt tamen. quia illa fit pupillis tantum. hec etiam maioribus. Item illa fit a patre qui habet impubere in potestate. hec autem fit a quolibet parente.

**C**ompēdiōsa substitutiō fieri potest a milite. ita videlicet. Si filius meus quādoquē decesserit ille fit ei heres. et hic sub tali verborū compēdiō continet expressam pupillariē. id est si filius decedat in pupillari etate. si autem decedat pubes ab ea directe illius substitutiōis trahitur ad fideicommissariā substitutiōnē. et quā copiose in. l. precibus. **C.** de impuber. et alijs substitutiōis. et forte fauore matris que est in medio antequam filius venit ad pubertatem compēdiōsa directa dicitur sed postea in fideicommissariā trahitur. **I**tem compēdiōsa facta a milite infra tēpus pubertatis quādoquē valet iure directo. et obliqua post pubertatem. id est mater postea per fideicommissū potest petere hereditatem. **D**iceret quid si paganus fecerit huiusmodi compēdiōsam substitutiōnem per verba iam dicta. **R**espondeo si pupillus decedat in pupillari etate substitutus succedet iure directo. et mater impubere repellitur omnino. **S**i autē pupillus fiat pubes et postea decedat. substitutus omnino repellitur. et venientes in pubere ab intestato succedunt in totum ut. ff. e. n. l. verbis. et l. centurio. si autē testator ita substituat scilicet filius meus quādoquē decesserit illi substitutus. hanc pupillari reputandam fideicommissariā. **Q**uia hoc verbum substitutus aptatur ad fideicommissum. ut. l. generaliter. §. ultio.

**C.** de insti. et substituti. et quia talis interpretatio rem omni tēpe valere suadet. ut. l. quotiens. ff. de reb. du. si vero ita substituat filius meus quādoquē decesserit sine liberis. ille fit heres. vel illi substitutus semper interpretanda est fideicommissaria. quia illud verbum sine liberis innuit ut etiam in pupillari etate substituerit per fideicommissum. quia tunc liberos habere non potest. **S**ed quod directe verba trahant ad fideicommissariam probatur. ff. ad trebel. l. sceuola. ubi dicitur quod substitutiō directa facta in codicillis trahitur ad fideicommissum. etiam si superest in medio et cetera. **E**t his casibus succedit mater. vel quilibet ab intestato heres. et restituet bona detracta. l. falcidia si vero quis dicat si filius meus decesserit in pupillari etate. vel postea sine liberis illum substitutus. **D**ue sunt substitutiōnes pupillares. expressa et fideicommissaria. propter distinctionem et alternationem ipsarum. et sic hoc verbum substitutus aptatur diuersis modis. prout euidentius apparebit si testator subiiciat pupillari et per fideicommissum substitutus. **B**reuius substitutiō est: que continet duas vulgares substitutiōnes et duas pupillares. ut cum duo impuberes a patre qui eos habet in potestate inuicem substituantur. et hanc substitutiōnem lex appellat reciprocam. ut. ff. e. l. nam hoc iure. **E**t dicendum est quod iste quatuor substitutiōnes expresse sunt. nihil enim magis de vna quā de alia potest dici. **U**nde contingit quod propter has quatuor substitutiōnes mater repellitur omnino. et substitutus succedit. ut. ff. e. l. lucius. **S**i ei esset pupillaris tacita non repelleretur etiā in testamento militis. ut. **C.** de impuber. et alijs substitutiōibus. l. precibus. **P**lacentinus dixit tacitaz pupillarem admitti contra matrem nisi ipsa

mater cum impubere filio esse instituta  
 Sed tamen distinguendum est. aut est  
 extraneus vulgaris substituitur impuberi  
 et tunc tacita pupillaris non admittitur  
 praeter matrem. Aut substituitur impuberi  
 frater eius. et tunc repellit mater. quia non  
 est verisimile quod testator uxorem suam  
 est matrem impuberis voluerit praeterire.  
**Casus in. l. cum quidem. C. de insti. et**  
**substi.** Notandum si servus alicuius  
 dominus fuerit heres institutus. si adire eam  
 non voluerit vel non potuerit. quia praevius  
 morte dominus nihil habebit. secus de filio  
 famuli. instituto. quia ipsius pater eam here  
 ditate adire potest. p. l. si infanti. C. de  
 iure deliberata. et facit plenius lex. cum non  
 solum. C. de bonis quae liberis. Nam ibi dicitur  
 quod etiam invito filio pater aduenticia si  
 sibi potest adire. Dicunt tamen doctores. et  
 est etiam bona glo. in. l. cum proponas. C.  
 de here. institutis. si servus compelleretur  
 adire hereditatem acquireret dominus heredi  
 tatem. et tali casu coacta voluntas etiam  
 est voluntas. Sciendum cum plures in  
 stituti et sibi invicem substituti fuerint in  
 portionibus inequalibus. vno moriente  
 ceteri residuum consequuntur quibus iuxta  
 ratam suae portionis in institutione sibi ex  
 presse. **Casus in. l. C. de impube. et alijs**  
**substi.** Item cum duobus impuberibus  
 sit substitutio cum adiectione nominis col  
 lectivi. ut est si uterque. tunc ita demum  
 locus est substitutioni. et in utriusque per  
 sona ordinis substitutionis verificatur. scilicet  
 si est substitutio facta per signum distributi  
 vum. ut est uter alter. Exemplum testator  
 dixit institui. Jo. et Pet. et si uterque  
 decesserit in pupillari etate: substituo  
 eis bartholomeum. ecce hic bartholomeus  
 vno dumtaxat mortuo in pupillari  
 etate non succedit ex substitutione. secus  
 in secundo casu. videlicet si testator sic di  
 xerit. Jo. et Pet. institui. et si alij ipsorum

decesserit in pupillari etate substituo eis  
 bartholomeum. **Casus in. l. cum quidem.**  
**C. de impube. et alijs substitui.** Item cum  
 sit iusti. et substitui plurimum cum adiectione  
 nominis distributi. tunc quilibet ipsorum  
 vocatur in virilem ac si omnes simpliciter  
 et nominatim essent instituti nisi inter  
 homines institutos seu substitutos plures  
 vel duo eorum essent pater et filius. quia  
 tales licet plures sint tamen cum alijs ad  
 iunctis vnam virilem habebunt portio  
 nem. in. l. vltima. C. de impube. et alijs  
 substitui.

**Capitulum. vij.**

**Q**uonia autem  
 in testamentis plerumque legata  
 solent per executores eorumdem. vel heredes  
 defunctorum demandari modicum de  
 legatis. et ipsorum varijs modis disponendi  
 perstringendum est. Legatum est delibe  
 ratio hereditatis quam testator ex eo quod vult  
 uersum heredis foret alicui quid collat  
 tum velit. ut ff. de legatis. legatum. Et  
 nemo legare potest nisi qui de iure facere  
 potest testamentum. Et ei soli potest  
 legari qui potest institui. de quibus supra  
 visum est. Item legatum fit his et his.  
 Do lego dari iubeo impero mando gli  
 sco precipio exigo posco peto rogo flagi  
 to volo deprecor exoro. Cupio ut des.  
 opto ut des. credo te daturus. ut dicit  
 Azo. in summa. C. eo. titulo. allegans  
 legem secundam. C. communia delegata  
 et ff. de legatis. i. l. et hoc modo antequam  
 tamen solvantur legata creditores here  
 ditatis sua exigenda debita habent portio  
 nes. facit lex si vniuersae. C. de legatis.  
 Et qualiter etiam fiat distributio bonorum  
 hereditariorum creditoribus: habetur  
 per ea que habentur et notantur in. l. sci  
 mus. C. de iure deliberandi ad quam te

curze. Item si quis scienter legat rē alt  
enam heres tenet rem illā redimere. vel  
legatario precii dare si fit talis res que  
vendi potest. Si autem ignorant rem  
alienam legavit non valet legatum nisi  
letur p̄sone coniuncte. C. de le. l. cū alie  
nam. Et legatarius debet pbare scienti  
am. vt e. l. §. q̄ autem. Scdm̄ canones  
tamen si alicui legate sunt res aliene ta  
lis tenetur illi restituere cuius sunt et po  
test agere contra heredem si scienter le  
gavit res. vt habetur in textu et in glosa  
ca. filius de testamentis. Item si aliq̄s  
scienter legat rem obligatam creditor  
heres debet eam luere. Secus si legas  
nesciuit rez obligatam. vel forte voluit  
legatarium luere et hoc expressit. tunc he  
res non tenetur eam luere insti. de lega.  
§. sed et si rem. Item si res legata si  
ne facto heredis id est sine mora fm̄ glo  
sā perierit. legatario perit insti. de lega.  
§. Si res. et l. Si seruum. ff. de verb.  
obliga. Item si aliquis legavit ex il  
lo vase vinas decem. et tibi non sunt de  
cem. sed pauciores non extinguuntur pro  
pterea legatum se tantummodo accipie  
tur quantum inuenietur. l. Si quis ser  
uum. ff. de lega. ij. Item si aliquis i  
testamento legavit episcopo propriam  
portionem et alia multa legat monaste  
rijs vel ecclesijs. Si legavit illam porti  
onem episcopo sub hac conditione vt il  
la tantum esset contentus et episcopus  
hoc acceptauit valebit. et non potest exi  
gere de ceteris portionem. sed si reliquit  
sibi absolute. tunc ultra portionem sibi  
deputatam potest adhuc sibi portionem  
suam eligere. sed si constiterit q̄ testator  
in fraudem modicum legavit episcopo  
vt per illud modicum defrauderetur ab  
alijs. tunc eps adhuc potest exigere por  
tionem per c. officij. eo. tūm. Sciendum  
tamen q̄ licet fm̄ antiqua iura episcop

vel alij inferiori si potuerit deducere suam  
portionem canonicam de relictis seu le  
gatis monasterijs de ordine minorum  
ad usum diuini cultus spectantibus vt  
ad calices vel alia ornamenta. hodie ta  
men potest. vt habetur in cle. dudum. et  
sepulturis. in. §. verum ne parochiales  
ecclesie. et. Item qui non implet vo  
luntatem defuncti tota hereditas est sibi  
auferenda. per ca. licet vniuers. de vo. et  
vo. rede mp. xi. q. i. Siluester. Scdm̄  
leges tamen hoc obseruatur in extraneo  
herede. Licet enim filius heres patris non  
adimpleat voluntatem patris defuncti  
non ideo perdit totum sed seruat ei le  
gitima portio. C. de fideicom. auten.  
hoc amplius. Item si aliquis legavit  
monasterio sancte marie decem. sed nō  
determinauit certificato cum plura sint  
monasteria sancte marie. dabitur pau  
periori ar. in auten. de eccle. titu. §. Si  
quis in nomine. col. ix. Item si quis  
legavit seruum in aliena prouincia con  
stitutum expensis heredis non legatarij  
queritur suus. ff. de le. i. cum suus et l.  
se. Item si testator potest imponere pe  
nam heredibus si non paruerint eius vo  
luntati. dummodo non sit turpe aut inbo  
nestum quod precipit insti. de le. §. pene  
quonia nomine. et §. vlt. facit. l. vnica.  
C. de his qui pene nomine in testamen  
to vel codicillis reliquuntur. Item si  
ex testamento non adeatur hereditas et  
fuit legatum. nisi ita sit legatum q̄ a ve  
nientibus ab intestato presente legatū  
tunc enim ab heredibus petendū est p. l.  
eam quā. C. de fideico. Similiter p̄sta  
tur legatū cum testator dixit si non valz  
vt testamentum valeat tamen iure codi  
cillorum vel etiam quādo legatum ē cō  
iuncte p̄sone factum. Item quādo vna  
res pluribus legatur quilibet habet ibi  
ius nisi appareat alia voluntas testator

ff. de le. i. Si pluribus Et dicit bartolus  
 ibidem. q̄ licet homo posset omnia  
 bona sua consumere cum sanus sit tamē  
 in morte non potest filios vel nepotes p̄  
 terire in sti. de inoffi. testa. per totum ⁊  
 per c. de his. extra de sepulch. Item cui  
 vna res duobus legatur coniunctim li  
 cet alter eorum in rerum natura non sit  
 tamen tota res alteri coniuncto debetur.  
 vt in. l. Si duobus. ff. de lega. i. C. de  
 cas. tol. l. vnica. §. i. Et autem dicit si  
 sperabatur ille secundus fore in rerū na  
 tura pcedat lex. vel si fuerit tempore tes  
 tamenti conditi. sed si non sperabatur i  
 rerum natura. nec fuerit tempore testa  
 menti. Pars eius pertineat ad fiscum  
 allegans legem. Item veniunt in. §. q̄z  
 autem. ff. de pen. heredū. Item qui  
 scienter soluit ex minus solemni testamē  
 to defuncti alimenta in eo alicui legata.  
 per terminuz tenetur ad prestandum ea  
 ad futurum. quia secutus est voluntate  
 defuncti. Casus in. l. i. C. de fideicom.  
 Similiter si quis scienter soluit ea que  
 minus solenni testamento per fideicom  
 missum legata sunt. Si quis ergo sen  
 serit se grauatum voluntate defuncti nō  
 prestet vt dicitur in. l. secunda. eodem  
 titulo. Item si testator vni quem  
 primo nominauit fundum legauit ⁊ eū  
 dem fundum alteri postea legauit demū  
 eundem fundum primo iterum legauit  
 tō. licet prius bis nominatis fuerit ta  
 men ipse vnam alter alteram medieta  
 tez habebit. vt. l. cum questio. in. §. sed  
 aliam. C. de l. Similiter dicitur si q̄s  
 inuenit institutus in duodecim. alius i se  
 ptem vncijs videtur testatorem primo  
 id admisisse quod alteri legauit Itē  
 si claudius legauit mihi alimenta ⁊ ves  
 timentarium quousq; moreretur. tunc licet  
 claudius moriatur. post mortem tamen  
 eius mihi legata debentur. vt. l. prima.

C. eodem titū. ⁊ legataris subtrahēs  
 rem legatam perdit eam eodem titū. nō  
 est dubium ⁊. l. Si legatarius.

Item legato fundo instructo bo  
 mines mancipia pecora ⁊ vna ibi exor  
 ta non venalia sed mansua ⁊ cetera que  
 in fundo sunt agri stercozandi causa di  
 cuntur legata. vt. l. prima ⁊ secunda. C.  
 de ver. signi. Similiter illa dicuntur le  
 gata que maiore parte anni ibi sunt mā  
 sura vt eodem titū. de lamionis vbi di  
 cit lex semota carne mensas pondera fe  
 ramenta que laniente carnis causa pre  
 parata ⁊c. Item trutinellas cultros  
 colabras instrumento relinquimus

Item legari potest res que non est in  
 rerum natura si modo futura est. veluti  
 fructus qui in illo fundo nati erunt. aut  
 quod ex illa ancilla natum erit. vt in sti  
 m. c. §. ea quoq; res sic ergo legari pos  
 sunt ea que sunt vel ea que non sunt. s;.  
 futura sunt. Sed que non sunt nec fue  
 runt nec erunt legari non possunt. vt in  
 sti. de inuili stipu. in principio. Si  
 vero dubium est an res legata tempore  
 testamenti sit in rerum natura nata puta  
 an homo legatus viuat agi quidam po  
 test ex testamento sed officio iudicis cau  
 tio interponitur. vt cum heres rem perse  
 cutus fuerit ⁊ nactus legatario restitua  
 at. vt. ff. de lega. primo. l. seruo legato.  
 §. vltimo. Ideoq; si tempore testamen  
 ti seruus legatus esset in fuga vel longi  
 quo absens heres debet prestare operam  
 vt eum requirat ⁊ prestet ⁊ sumptus in  
 eam rem debet impendere. Si autem  
 seruus legatus post testamentum factū  
 fugerit viuo testatore. impensa debet  
 reddi periculo legatarij. quia rem eo lo  
 co debet prestare heres in quo a testa  
 tore est relicta. vt. ff. de le. i. l. Cum ser  
 uus legatus. ⁊. ff. apud iulianum. ⁊. l.  
 Si seruus legatus. i. Rūso. Et illud

quod dictum est quod ea que sunt legari possunt sunt tamen si talis res sit cuius non sit commercium nec ipsa debetur nec eius estimatio. ut si quis legauit templa vel basilicas vel que publicorum sui deputata sunt et sic de alijs rebus in quibus non cadit commercium. preterea nec duorum portalia possunt legari. verum etiam in eorum portalia. ut iura et seruitutes. Preterea notarius potest alteri legare rogationes sententias etc. Item in instrumento pictoris legato veniunt cere colores penicillali cutozia et ongille. Similiter in instrumento piscatoris veniunt nasselle que piscium causa capiendorum compate sunt et piscatores. Similiter in instrumento balneario legato balneariorum contineri cum balneo sine balnearioribus visum suum prebere non possunt. ff. eo. tit. l. pictoris. Item succurritur heredi si eade res sepius in testamento fuerit legata iatis est causa semel prestari. ut. ff. de le. ij. l. mephius. §. cum. Si autem eadem quantitas in eodem testamento sepius legitur deberi poterit sepius. si legatarius eius denissimis probationibus ostenderit. testatorem multiplicare legatum, voluisse. sed ubi in diuersis voluntatibus vel codicillis vel vno testamento et alio codicillo eadem quantitas sepius legitur sepius debetur nisi heres probauerit testatorem voluisse legatarium esse contentum vna earum quantitatibus ff. de le. i. l. plane §. si eadem. et ff. de le. ij. l. sempromius. ubi dicitur si due tabule testamenti eodem tempore exemplarij causa scripte sint in vna centum et in altera quinquaginta auri legari in titium heredi parendum est. Ido utrumque legatum nullo modo debetur. sed in quinquaginta aurei. Item qui duos habet seruos vnum ex his legando et non apparet quem testator notauerit electio erit legatarij. facit lex

qui duos. ff. de lega. i. exemplifica de duabus vaccis vel equis et hoc fauore vlt. voluntatis. nisi verba testatoris prolata essent ad heredem ut sic dixit testator. Tibi fili mi vnum ex seruis meis rogo ut tradas Ticio proculi. tunc electio est heredis. Secus cum quis plures seruos habuerit eiusdem nominis et vnum ex his legauerit. is quem tunc heres elegerit prestabitur in. l. Si quis a filia. §. si quis plures. Sanchos. ff. eodem tit. Item si vni ex duobus eiusdem nominis existentibus d' amicis testatoris res aliqua legatur et cui ex illis. legatum datum sit dubitetur. eligere debet heres cui soluat ut ab eo defidatur. per. l. Si quis seruum. §. Si inter duos. ff. de lega. secundo. Item cum testator ita legauerit uxori ut tantam partem quantum vnus ex filiis de hereditate paterna seu testatoris consequeretur. prout scilicet testator ipsis legasset partes inuales prestabitur ei tanta quanta minoris partis legatum se extendit. Ratio ne cum maior portio ei soluta fuerit. alter filiorum minus obtineret quanta d' bita iure nature cum tamen in patris potestate damnatus non esset. Casus in l. qui concubinam. in. §. Cum ita legatum. ff. de lega. tercio. Item usufructus bonorum minoris donec ad vice simum quintam annum peruenerit legato legatario non extinguitur minore mortuo ante vice simum quintam annum. sed durabit ei usufructus donec curricula predicti temporis effluxerint. Sed si legatarius viuo minore ante vice simum quintam annum atigerit mortem extinguitur usufructus nec ad heredes eius usufructum transmittit. Casus in. l. ambiguitatem. C. de usufructu et habitatione. Item si quis vero in genere legatum vitum frumentum vel oleum non dicit

legasse vinum gallicum aut oleum preciosum, sed generale vinum terrestris ut habetur in de. non potest de procuratoribus in glo. **I**tem si legatus hoc modo sit legatus tali omnes equos meos preter griseum vel gradatum omnes equi veniunt persolventi tempore griseo vel gradato. **S**i vero sit his verbis lego illi omnes vineas meas preter asinum quem onerasti atque vineas remisi omnes vinee veniunt et cum hoc asinus persolvende. Ratio primi quod his verbis exprimitur voluntas profertentis. Si enim voluisset ipsum habuisse omnes equos non expressisset preter quod ibi capiatur exceptiue, quia ponitur inter res eiusdem speciei vel generales. Ratio autem generalis secundi est. Cuiuslibet preter cadit inter res omnino separatas et distinctas diuersarum specierum, merito capiatur inclusiue et augmentatiue. Nam si testator non voluisset legatarium habere omnes vineas et cum hoc asinum, frustra expressisset preter asinum cum suffecisset lego illi omnes vineas meas. **C**apiatur etiam preter coniunctiue interdum ut plerumque solet fieri in dispensationis materia, ut in ca. vudum, de electi, per Anno, et in l. actionis, C. de transacione, et in regula pactum de regulis iuris li. vi. **I**tem si dixit testator exheredo filium meum Iohannem, et duos filios habuerit hoc nomine eo quod specificauit quem notauerit et cum exhereditatio sit odiosa, nullum exhereditauit. Et hoc perpendiose iudicibus de legatis recollecta sufficiunt.

**Capitulum. viij.**

**M**ortis enim quam  
to breuius fieri potuit de successio-  
nibus ex testamento dictum est. **N**unc vero  
relatiendum est de successioibus ab i

testamento. **S**ed quoniam plerumque in huiusmodi successione distinctio graduum et eorundem computationum in arbore consanguinitatis et docetur prequiritur. **I**tem quod superficialiter in partium ut mater a successione lucidius humanum quidem cerebrum subintrare valeat, arboris noticiam expedit primum enodare. **G**eneralis enim cognitio ipsius consistit in his videlicet quod sciatur. **Q**uid sit consanguinitas, quid linea, et quot sint eius species. **I**tem quid sit gradus et qualiter persolventur esse in gradu. **C**onsanguinitas est vinculum diuersarum personarum ab eodem stipite descendenteum carnali propagatione contractum. **L**inea est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendenteum diuersos gradus continens et eos ab unitate stipitis sui numeros distinguens. **L**inearum tres sunt species quedam est ascendenteum et continet illos a quibus originem traximus, ut pater mater auus proauus et cetera. **D**escendenteum est illa que continet illos qui duxerunt originem a nobis ut filii nepotes pronepos et cetera. **T**ransuersalis est illa que continet illos qui non duxerunt originem a nobis necnon ab ipsis, ut frater soror eorum progemes ut, xxxv. q. v. primo gradu. **G**radus est quedam habitudo sine instantia personarum facta ad inuicem collatione ad communem penem que cognoscitur quanta generationis distantia duarum personarum inter se differant. **I**tem persone que distant equaliter a prima penem dicuntur esse in gradu et facere gradum, que vero inequaliter dicuntur distare gradu, ut, xx. q. v. primo penem. **I**tem canonicam computationem in linea transuersali facias per istam regulam. **Q**uoto gradu distat quis ab aliquo superiore eodem distat a quolibet descendente ab eo per aliam lineam vel quod lineam equalitatis, postea pro numero

personarum gradus apponitur. hec regula habetur in c. q. dilecto. de consan. et affi. Incipit igitur a prima superiori cellula. s. Abauus que distat a trunco quarto gradu. igitur pro patruus qui descendit ab abauo per aliam lineam scilicet quarto et sic communiter facit per alios. Sic pro patruus et pro auus sunt duo fratres et sunt in primo gradu. igitur auus filius proauis distat secundo gradu a patruo. Pater ergo truncus quarto. Similiter filius pro patruis distat quarto a trunco. probatur quia filius pro patruis et auus sunt duo nepotes. igitur in secundo gradu. quia sunt filij duorum fratrum qui sunt in primo gradu. igitur pater distat a filio pro patruis tertio. truncus quarto. Similiter nepos pro patruis distat quarto a trunco. probatur nepos pro patruis et pater sunt nepotes igitur sunt in gradu tertio. quia sunt filij duorum nepotum: qui sunt in secundo gradu. igitur truncus distat quarto. Similiter nepos pro patruis cum trunco est in quarto et in linea equalitatis que continet omnes personas equaliter cum eo descendentes. probatur sunt duo abnepotes. ergo sunt in quarto gradu. quia sunt filij duorum nepotum: qui sunt in tertio. ascende et ad proauum qui distat a trunco tertio gradu. igitur patruus magnus qui ab eo descendit per aliam lineam. similiter tertio proinde consobrinus tertio et filius eius secum in tertio in linea equali. Deinde per numero personarum adijciatur gradus et in probatione ista procedit ut prius. Quia patruus magnus et auus sunt duo fratres. igitur in primo gradu. pater distat secundo. truncus tertio a patruo magno et ita de alijs. Hec probatio colligitur. xxxv. q. v. ad sedem. Ad inueniendum igitur gradus consanguinitatis secundum utrumque dicitur Jo. an. in arbore tolle banc magistrat

lem regulam ascendenti et descendentem. Quot sunt persone de quibus queritur computatio intermedijs vna tempta tot sunt gradus inter eos. Et intelligitur illa regula quando vna persona continue descendit ab alia. Et sic non sequitur petrus cuius habet duos parentes. iij. auos. viij. proauos. et igitur toto gradu distat. Regula collateralium in linea equali quod toto gradu distat quicuis eorum a communi stipite toto distant inter se. et hoc secundum canonicam computationem. Secundum leges vero quoto gradu quicuis eorum distat a communi stipite toto duplicato distant inter se. Regula de linea collateralis in equali est quoto gradu quis eorum remotior distat a communi stipite. toto distant inter se secundum canones. secundum leges vero quot sunt persone stipite tempto tot sunt gradus. Sciendum secundum legem computationis quolibet persona facit gradum. unde filius et filia faciunt duos gradus. Secundum canonicam vero computationem due persone faciunt vnum gradum. Ratio quia in legibus propter hoc assignantur gradus. ut de rebus vel successio ab vna persona ad alteram inter consanguineos deferatur. Et qui ab hereditate non possunt deferri nisi ab vna persona in alteram. Non in singulis personis singuli ponuntur gradus. sed in canonicis propter hoc computatur gradus. ut demonstratur usque ad quottum gradum nuptie celebrari debent. Et quia nuptie inter duas personas fiunt. Ideo canones duas personas in vno gradu ponunt. ut. xxxv. qone. v. ad sedem. Sciendum de persone coniungi non potest matrimonialiter. nata soror neptis matertera fratris et vxor. Et patrum coniunctio natus pro uigni nouerca. Uxorisque soror pro uigni nata nurusque. Atque soror patris coniungi lege vetantur. Nec patris cum his dispensat. Et de hoc

cap. litteris de resti. spoli. in glo. **C**asus  
 quibus impeditur matrimonium contra-  
 bendum et dirimitur tractum. **E**ror  
 conditio vultu cognatio criminis. **C**ultus dispa-  
 ritas vis ordo ligamen honestas. **S**i sis  
 affinis si forte coire nequibus **C**asus in  
 quibus soluuntur sponsalia de futuro **D**u-  
 tis assensus absentia siue iuentis. **F**a-  
 ctus affinis vel altera copula carnis.  
**C**rimen religio seu mala conditio. **S**i  
 lesura grauis sponsalia soluta in istis.  
**A**ffinitas est proximitas personarum ex car-  
 nali commixtione proueniens omni carere  
 parentela ex carnali commixtione. **C**or-  
 relarie sequitur quod affinitas contrahit  
 tam per legitimum quam per fornicarium con-  
 tum. vt. xxxv. q. ij. nec eam. et c. discreti-  
 onem. de eo qui cognouit consanguine-  
 am. et c. fraternitati. e. ti. **E**t dicuntur af-  
 fines quasi ad alterius fines tendentes.  
**N**am sicut ego et uxor mea sumus in pri-  
 mo genere affinitatis. sic soror uxoris  
 mee est affinis mihi in primo genere et  
 primo gradu. **G**enus affinitatis inueni-  
 tur secundum hanc regulam. persona addita per  
 sone per carnis commixtionem facit gen-  
 us affinitatis et non gradum. **U**erbi gratia. fra-  
 ter meus ducit uxorem cui admiscetur  
 carnaliter. per hanc carnalem copulam  
 oritur primum genus affinitatis inter ux-  
 orem fratris et eius sororem que est ex alio  
 latere. **I**tem da uxores istis tribus que  
 descendunt ex fratre ut fil. nep. pronep.  
 quibus coniungantur per carnalem copu-  
 lam oritur primum genus affinitatis in-  
 ter eas et sororem fratris. **E**odem modo ex  
 alia parte uxoris soror nubat viro cui  
 coniugatur carnaliter per hanc carnalem  
 oritur primum genus affinitatis inter vi-  
 rum uxoris et fratrem uxoris ut prius.  
**I**tem gradus inuenies per hanc regu-  
 lam. persona addita persone per carnis  
 propagationem mutat gradum et non

genus. **U**erbi gratia. **F**rater ducit uxorem  
 illa est affinis sororis fratris in primo ge-  
 nere et in eodem gradu in quo frater est  
 ei consanguineus scilicet in primo. quia cum  
 non fuit carnis propagatione non est muta-  
 tus gradus. **A**dde sorori personam per  
 carnis propagationem. scilicet filium ista mutat  
 gradum. igitur atque uxor fratris in  
 secundo gradu genere non mutato. **A**d  
 de aliam personam. scilicet nepotem illa simi-  
 liter mutat gradum et non genus. igitur  
 erit uxor fratris in tercio gradu in primo  
 genere affinitatis. **E**odem modo copu-  
 labis gradus ex alio latere quod uxor soror-  
 is est affinis fratri et sue successori in pri-  
 mo genere in eodem vel diuersis gradibus  
 ut dictum est. **I**tem omnes consanguinei  
 uxoris sunt affines viro in primo gene-  
 re affinitatis. et in eodem gradu in quo sunt  
 consanguinei uxori et contra omnes san-  
 guinei viri sunt affines uxori in primo  
 genere affinitatis et in eodem gradu in quo  
 sunt consanguinei viro. **C**onsanguinei ve-  
 ro viri et consanguinei uxoris inter se non  
 sunt affines. unde pater et filius possunt  
 ducere matrem et filiam et duo fratres du-  
 as sorores. e. o. ti. super bis. **I**tem om-  
 nes mariti consanguineorum meorum sunt  
 mihi affines in primo genere affinitatis  
 et in eodem gradu in quo uxores eorum  
 sunt mihi consanguinei. **I**dem et per  
 omnia intelligas de uxoribus consan-  
 guineorum. **H**ec omnia comprobantur.  
 ticesima quinta questione quinta. por-  
 ro autem. patet per hoc quod uxores duo-  
 rum fratrum vel aliorum consanguineo-  
 rum non sunt affines. quia olim atque  
 habent in secundo genere affinitatis quod  
 hodie sublatum est. **I**tem prohibi-  
 tio de secundo genere affinitatis et ter-  
 cio reuocata est et proles suscepta ex se-  
 cundis nuptiis potest cognationi prio-  
 ris coniugis copulari. **L**icet olim non

poterunt eo. si. Non debz. Hoc sic int  
tellige frater meus habet uxore eo mor  
tuo. relicta sua nubet alij et prolem gignit  
illa proles non poterit copulari cog  
nitioni prioris mariti propter publice  
honestatis iusticiam. nam hoc modo re  
uocatum est. Sed alia publice honesta  
tis iusticia que e de sponsa. de futuro ad  
huc manet. **I**tem qui ignoranter so  
rorem uxoris sue cognouit putans eam  
esse uxorem suam. iurabit qd hoc in sci  
fecerit et tunc ab uxore eius non separa  
bitur sed reddet debitum et exiget Illave  
o sine coniugio maneat. xxxiiij. qone. i.  
in lectum.

**D**e successione ex intestato quod  
sequitur seruandū est pro lege et de suc  
cessione ex i testato. superius dictum e.

**L**egitimi et naturales.

**P**rimi gradus tantum equaliter succe  
dunt siue sint masculi siue femine siue i  
potestate consulti siue non. In autem.  
de heredi. ab intest. veni. §. reliquū. et §.  
nulla. col. ix.

**U**ltioris gradus tñ. i. non filij tunc  
succedunt per stirpes in infinitum siue i in  
equali tñ siue in equali iure representans  
nonis seruato. Insti. de heredi. que ab  
intesta. deferuntur. §. Item si ex duobz  
**P**rimi et vltioris gradus simul. tunc  
omnes primi gradus succedunt et exclu  
dunt alios. Sed si aliqui sint premoz  
tñ eorum filij succedunt cum alijs p stir  
pes in infinitum. **N**on ex alijs succede  
re non possunt vt insti. de here. que ab i  
testa. dese. §. finali. et §. cum filius.

**L**egitimi tantum.

**S**pirituales vt ex sacramenti donatio  
ne vel illius detentione. et non succedunt  
talibus parentibus cum ista generatio  
respiciat eterna et non temporalia. xxx. q.  
vij. puenit. **A**doptati ab auo mater  
no vel paterno tunc itez vt in membro

precedenti **A**b alio puta a patruo vel fra  
tre vel quocumqz alio. tunc succedunt si  
morti tempore ipsius patris non sunt em  
cipati. vt. l. cum in adoptionis. **C.** de ado  
pti. **A**rrogatus tamen filius hēt omnia  
iura sicut filius naturalis et legitimus

**N**aturales tñ.

**E**x simplici coym. Legitimati per  
principem vel marchionē subsequētes  
et succedunt. extra qui si. legit. c. per. ve  
nerabilem.

**N**on legitimi. In bonis maternis svi  
stincte succedunt cum alijs naturalibz et  
legitimis. nisi mater sit illustris. l. Si  
qua illustris. **C.** ad se. consul. orphi. in  
si. eo. n. sed nouissime.

**I**n bonis paternis non succedunt nisi i  
duabus vncijs cum matre sobole vel cō  
iuge non extantibus. vt in autem. licet.  
**C.** de natura. li. **E**x damnato coym et hz  
omnes doctores non succedunt in sti. ad  
se. consul. orphicia si. §. nouissime.

**P**ermixti.

**N**aturales et legitimi. naturales tñ  
et legitimi tñ. **T**unc legitimi tñ vide  
licet arrogati percurant cum naturalibz et  
legitimis et naturalibus tantū legitima  
tis. et naturales tantū excluduntur vt  
dictum est. **F**ilij tamen secundi matris  
nij non succedunt cum primis in bonis  
acquisitis constante matrimonio prio.  
in. l. femine. **C.** de secundis nuptijs. sic  
nec filia in re feudali existente masculo.  
**E**tiam si de hoc pactum factū sit. vt in  
autem. de suc. feudi. in. §. hoc etiam col.  
x. **N**ec etiam vir legitimus tantū. nec  
legitimatus prosequens matrimonij  
sine speciali mentione. **C.** ad se. in autem.  
**I**n successione. **C.** de suis et legitimis  
libe. i.

**N**onum capitulum

**E**x autentico vt cum de appellationi  
bus cognoscitur §. causas. coll. octaua.

Similiter per nota. in c. quinta uallisi glo. de iureiurā. colliguntur quidā casus in quibus parentes solent exheredare filios ut patet in his metris. **H**is septem causis pater filiorum exheredabit. **P**arentes feriat. vel verbum graue sibi dicat. **C**rimen accusans. veneno si potat illos. **D**emit in eos fures et negligit illos. **I**mprobis associet dilectam si patris amet. **N**on fideiussit pro patre vel hoste redemit. **T**estari prohibuit vel arena si se immiscet. **N**on oratorus vel filia luxuriatur.

**C**asus in quibus filii exheredant parentes. **S**ed pater et octo filii cum spernit honorem. **A**ccusat filium veneno si potat illum. **C**oniunctam filii diligit. testariq; verat. **F**urentem negligat. **C**aptum nec hoste redemit. **C**onsorti vite crudeliter insidietur. **N**otandum ex autentem. de nuptiis. §. in gratitudinem col. iij. colliguntur tres casus in quibus frater potest exheredare fratrem. **P**rimus cum frater procurauit mortem fratris.

**S**ecundus si criminaliter actionem contra eum duxit. **T**ercius si sine substantie in fratrem coniecturā procurauit. ut vellet sibi facere incendium vel simile quo casu eius portio ad alios fratres et adiuuantes pertinebit. **E**nde fratre decedente ab intestato succedit pater cum alijs fratribus temporis casibus exheredationis ut dictum est.

**C**ompendiose cum visum sit de primis duabus officij notariatus partibus. **P**ostremo videndum est de eius tertia parte principali que consistit circa instrumentorum confectionem eiusdem premissa prosequendo capitula.

### Capitulum primum.

## Instrumentum est

Scriptura ad assertionem seu probationem alicuius rei facta vel est solennis et rite ordinata scriptura per autentice persone manum publice causa memorie facta.

**E**t dicitur instrumentum quia instruit. ut cap. fina. de do. et cont. vel dicitur instrumentum quasi documentum quia docet argu. xij. q. ij. **S**i quis de cleri. et c. de edendo. aut. **S**i quis in alieno.

**E**t c. si quis presbiterorum. de rebus ecclesie non alienandis. vel dicitur instrumentum quasi munimentum. quia munus perducens contra aduersarium. ut in c. cordi. §. post hoc de appell. li. vi. **E**t licet appellatione instrumentorum testes continentur et omne id quod iudicem instruit. ut c. peruenit. de testi. cogendis. **E**t ff. de fi. instrumen. l. i.

**T**amen instrumentum in proposito proprie dicitur scriptura ad memoriam alicuius rei confecta et c.

**I**nstrumentorum due sunt species. **N**am aliud est publicum seu authenticum. aliud priuatum. **P**ublicum seu authenticum est quod publicam habet auctoritatem cuius plures sunt species.

**N**am publicum est quod per manum publicam est scriptum id est per manum notarii qui est publica persona. ut l. orphanothobos. c. de epi. et cleri. **I**tem in publicam formam redactum de presumptionibus illud. de fi. instru. c. ij. et c. inter dilectos. **I**tem quia sigillo autentico sigillatum de fi. instru. scripta. de probationibus tercio loco. **I**tem dicitur publicum quia auctoritate iudicis explicitam et authenticam. ut l. publici. c. de testa. l. finali. c. de re iud. l. **I**tem. quia iudicio scribitur apud acta publica. **E**t valet per quemcumque scripta sit. ut l. ij. c. de edendo de probationibus quomodo contra. **I**tem quinto dicitur

publicum eo q̄ habet subscriptōnē triū  
vel pluriūz fm̄ canones viuentiū testiū  
eniam si sit per priuatā manū scriptū.  
de fi. instru. c. ij. de testi. c. i. de pba. qm̄  
p̄tra. l. scripturas. C. qui pot. in pign.  
ba. Et i auten. de testi. fi. §. si quid igit̄  
pult caute. r. §. seq̄nti. col. ij. Itē dicit̄  
publicum: quod d̄ archino publico seu  
